Vidi ciuitatē ſanctā iherusalem
⁊c̄. Ante inicium illiꝰ ep̄le ſcri
bit ſcūs Jo. in eodē ca. di. Vidi celū
nouū: ⁊ terrā nouam. p̄mū em̄ celū.
et p̄ma terra abijt. Ly. hec oīa ī fine
mūdi innouabūtur ⁊ in meliꝰ muta
būtur in claritate. vtȝ Lu. xxi. Celū
⁊ terra trāſibūt. nō q̄tū ad ſubſtan
tiam: ſed q̄tū ad formā. ⁊ hoc totuȝ
cedet ad gl'am electoꝝ qui ex creatu
ris laudāt deum. Tūc ſequit̄ epiſto
la p̄ns. In diebꝰ illis. Hic ſcūs Joh.
deſcribit innouationē hūane nature
q̄tū ad electos dicēs. Vidi ciuitatē
ſanctā iheruſalē. Ly. i. electoꝝ ſocie
tatē p̄fecta caritate vnitam. Nouā.
Ly. quātum ad corpis gl'am. Corpo
ra em̄ ſanctoꝝ q̄ nunc ſūt corruptibi
lia groſſa. p̄oderoſa ⁊ obſcura. reſur
gēt imortalia. ſubtilia. agilia. clarā.
et hoc fit ex gl'a aīaꝝ ad corpa rede
untia. deſcēdentē de celo. Ly. nā aie
beate deſcendēt de celo vt corpa reſu
māt ⁊ in iudicio cōpareāt. a deo pa
ratā. Ly. dotibus anime ⁊ corpis. ſi
cut ſponſam ornatam. v̉tutibꝰ. viro
ſuo. id eſt ad honorē viri ſui ſcȝ xp̄i.
et audiui vocē magnam de throno.
ſcȝ diuine maieſtatis. dicentē. Ecce
tabernaculū dei cum hoībꝰ ⁊ habita
bit cum eis. Lyra. habitatio em̄ dei
cum hoībꝰ erit inſepabilis Quia be
ati ſemp habebūt apertā viſionē ⁊
perfectā fruitionē. Et ipſi populꝰ eiꝰ
erūt. ſcȝ beati erūt ſicut ipſe btūs eſt
Vnde in p̄s. cxliij. Beatꝰ populꝰ cu
ius dn̄s deꝰ eius. vnde ⁊ Leui. xxvi.
Ego ero veſter deꝰ voſq̧ eritis mihi
populꝰ. Et ipſe deꝰ cum eis erit eoꝝ
deus. Glo. or. Quia nunq̄ ab eis ex
pellet̄ q: nunq̄ peccabūt ↄtra deum.
Et abſterget deꝰ omneȝ lacrimā ab
oculis eoꝝ. diuerſe ſūt lacrime q̄bꝰ
in hac vita affligunt̄ electi. Et id in
futuꝝ fugatis doloribus omnis lacri
ma ab oculis eoꝝ dicit̄ abſtergi. ⁊
mors vltra nō erit. id ē ſepatio aie
et corpis. neq̧ luctꝰ. p alienis miſe
rijs. neq̧ clamor. ſcȝ p pugna ſp̄us
ad carnē. neq̧ dolor de pctis p̄prijs
erit vltra. vnde Iſa. li. Leticia ſem
piterna ſup capita eoꝝ. gaudium ⁊
leticiā tenebunt ⁊ fugiet dolor ⁊ ge
mitꝰ. que p̄ma abierūt. Haymo. in
p̄nti vita boni hec iam enumerata ſu
ſtinent. ſed in futura vita nihil mali
ſuſtinebūt. Et dixit q̄ ſedebat ī thro
no. ſcȝ deꝰ omnipotēs qui preſidet ec
cleſie ſue. Ecce noua facio oīa. Lyra
ſcȝ celos ⁊ elemēta ⁊ electorū corpa.
vtȝ Iſa. lix. Ecce ego creo celos no
uos: ⁊ terrā nouā.

Incipit vlterius poſtilla ſuper
epiſtolas de ſanctis per anni circulum
ſm ſenſū lr̄alem. Primo ſci Andree
apl'i. Ro. x. Textꝰ.

Corde em̄ credit̄ ad iuſticiam ore aūt cōfeſſio fit ad
ſalutē. Dicit em̄ ſcriptuā.
Omnis q̄ credit in illū nō
cōfundet̄. Non em̄ eſt diſtinctio iudei
et greci. nam idem dn̄s oīm diues in
omnes qui inuocāt illū. Omnis em̄
quicūq̧ inuocauerit nomen dn̄i ſal
uus erit. Quō ergo inuocabūt ī quē
nō crediderūt. aut quō credēt ei quē
nō audierūt. Quomodo aūt audiēt
ſine p̄dicāte: quō vero p̄dicabūt niſi
mittant̄. Sicut ſcriptum eſt. q̄ ſpe
cioſi pedes euāgeliſantiū pacem. Euā
geliſantiū bona. Sed nō omnes obe
diunt euāgelio. Iſayas autem dicit.
Dn̄e q̄s credidit auditui noſtro: ego
fides ex auditu. auditꝰ aūt p v̉bū xp̄i
Sed dico. Nunq̄d nō audierūt. Et q̄
dē in oēm terrā exiuit ſonꝰ eoꝝ ⁊ in
fines orbis terre verba eorum.

Corde em̄ credi          Poſtilla
tur ad iuſticiam. ore autē ⁊c.

Inte iniciū illiꝰ ep̄le ſcribit ſanctus
pau. in eodē ca. vi. Si ꝯfitearis i ore
tuo dn̄m iheſū. ⁊ i corde tuo credide
ris. ꝙ deꝰ illū excitauit a mortuis.
ſaluꝰ eris. Tūc ſtatim ſequit̄ ep̄la p̄
ſens. Frēs. corde credit̄ ad iuſticiā.
Cor. i. ad iuſtificationē habendam.
ore autem confeſſio fit ad ſalutem.
id eſt ad perfectionem ſalutis. neceſ
ſe eſt enī fide ꝯfiteri ꝓ loco ⁊ tēpore
In ſignū huiꝰ recipit hō ſacramentū
ꝯfirmatōis in frōte. vn̄ dr̄ in decre
tis. Cōfirmatio ideo i frōte ponit̄ vt
a recipiēte fides ſine erubeſcētia pub
lice de ꝯſe. di. v. Nouiſſime. vn̄ Lu.
xij. Qui me cōfeſſus fuerit corā homi
nibꝰ ꝯfitebor ⁊ ego eū corā pr̄e meo
Dicit enī ſcr̄ip̄ta ſacra. veracit̄. Ois q̄
credit in illū non ꝯfundet̄. ſupple et̄
naliter. nō enī diſtinctio eſt iudei ⁊
greci. Ly. q̄ntū ad iuſticiā que ē p fi
dem xp̄i. nā idē dn̄s oīm. ſcz iudeoꝝ
et gentiliū. diues in oēs Cor. id ē di
tans oēs. qui inuocāt illū. ſcz fide ⁊
ope. ois quicūq; inuocauerit. nō v̄bo
tenꝰ ſed cord intimo. nomē dn̄i. i. fili
um pr̄is. Saluus erit. ab et̄no ſuppli
cio. Quō ergo inuocabūt in quē nō
crediderūt Ly. q. d. nullo mō: q2 orō
preſuponit fidē orātis. a quō credēt
ei quē nō audierūt. q2 fides p̄ſuppoit
auditū vel a deo intꝰ per iſpiratione
vel ab hoie exterius per p̄dicationē.
Quō audiēt ſine p̄dicāte. Actꝰ aūt
predicādi p̄ſuppoit auctoritatē offi
cij. ideo dr̄. quō vero p̄dicabūt n̄ mit
tant̄. ſcz a dō ſicut oli ꝓphete vel ap̄li
eius locum tenētes ſicut p̄dicatores
alij Cor. alit̄ aūt nō eſt p̄dicandū ſi
cut nec ipſe xp̄s filius dei p̄dicare vo
luit. niſi miſſus a patre. vtz Lu. iiij.
oportet me ecia aliis ciuitatibꝰ euan
gelizare regnū dei q2 ad hoc miſſus
ſum. ſcriptū eſt Iſa. lij. q̄m ſpecioſi.
id ē bn̄ formati. ſūt pedes euāgeliſan
tiū pacē. i. recōciliationē hois ad deū
euāgeliſātiū bona. ſcz futura. Sz nō
oēs obediunt euangelio. Cor. q. d.
Oēs qdē audiunt ſ3 nō oēs obediunt
euāgelio. p̄dicationē eiꝰ recipiēdo.
Quia gētiles ⁊ iudei ⁊ hētici nō obe
diunt: ſ3 ſolū boni xp̄iani. Iſa. enī dr̄.
vt hēt̄ yſa. liij. Dn̄e q̄s credidit audi
tui nr̄o Cor. qd a nobis audiuit. qd
a te audiuimꝰ. q. d. aliq̄s credit ſed
non oēs. Ergo fides ex auditu Cor.
et ſi deꝰ intus vocat. tn̄ p̄dicator ex
terius nūciat. auditꝰ autē p verbum
xp̄i. loquētis in ap̄lis. vtz Math. x.
Nō enī eſtis vos q̄ loq̄mini ſed ſp̄us
pr̄is veſtri q̄ loquit̄ in vobꝭ Itē Lu. x.
Qui vos audit me audit ⁊c̄. Sz dico
nunq̄d nō audierūt. Ly. i. hn̄t ne ex
cuſationē ſue infidelitatis ꝓpt̄ defectū
publicatōis. q. d. nō. ad qd inducit
auctoritatē ꝓphete dauid q̄ habet̄ i
p̄s. xviij. ⁊ quidē. Cor. i. certe. In
oēm terrā. quantū ad t̄ras medias
exiuit ſonꝰ. id eſt fama. eoꝝ Et i fi
nes orbis t̄re. i. in t̄ras extremas. v̄
ba eoꝝ. id ē p̄dicatio vel auditꝰ p̄di
cationis eoꝝ Textꝰ

¶ In feſto ſancti Nicolai epiſcopi ⁊
confeſſoris.

Ecce ſacerdos magnus qui ⁊c̄.
Quere infra in comuni ſcoꝝ.
⁊c̄. de cōfeſſoribꝰ

¶ In feſto ꝯceptōis glo͛iſſime v̄gis
marie Pro. viij. Textꝰ.

Dn̄s poſſedit me ab inicio viaruz
ſuaꝝ anq̄ꝙ̄ q̄cq̄ faceret a p̄ncipio
ab et̄no ordiata ſū ⁊ ex ātiq̄s
anq̄ t̄ra fieret Nōdū erāt abiſſi ⁊ ego
iā ꝯcepta erā. Nec dū fōtes aq̄ꝝ eru
perāt nec dū mōtes ḡui mole ꝯſtite
rāt Añ oēs colles pturiebar Adhuc
t̄rā nō fecerat ⁊ flumina ⁊ cardines
orbis terre Quādo p̄pabat celos ade
ram. Quando certa lege ⁊ gyro val
labat abiſſos. Qn̄ ethera firmabat

ſurſū: ⁊ libꝛabat fontes aquaꝝ Quā
do circūdabat mari terminū ſuū ⁊ le
gē ponebat aquis ne tranſirēt fines
ſuos. Quādo appēdebat fundamēta
terre cū eo erā cuncta ↄponēs. Et de
lectabar p ſingulos dies ludens corā
eo omni tpe. ⁊ ludens in oꝛbem ter
raꝝ ⁊ delicie mee eſſe cum filijs hoīm
Nunc ergo filie audite me bti qui cu
ſtodiūt vias meas. Audite diſcipli
nā ⁊ eſtote ſapiētes ⁊ nolite abicere
eā. Beat⁹ homo q̄ audit me. ⁊ q̄ vi
gilat ad foꝛas meas quotidie. ⁊ obſ
uat ad poſtes oſtij mei Qui me inue
nerit: inueniet vitā ⁊ hauriet ſalutē
a domino. Poſtilla

Dominus poſſidebit me ab inicio
⁊ c̄. In feſto cōceptionis beate
virginis marie p epl'a pn̄s lectio ſm
ſeculares legit̄ q̄ lectio pncipalit̄ ex
ponit̄ de eterna ſapia q̄ xp̄s eſt filius
marie v̓ginis honoꝛ autē filij ē honoꝛ
matris ⁊ ecōuerſo. honoꝛ matris eſt
filij. vn̄ Ber. omelia quarta ſupmiſ
ſus eſt dicēs Nō eſt dubium quicq̄d
in laudib⁹ matris pferim⁹ ad filiū p
tinere Et rurſū cum filiū honoꝛam⁹ a
laudib⁹ matris non recedim⁹. vn̄ di
cit eterna ſapia. dn̄s poſſedit me ab
inicio viaꝝ ſuaꝝ. i. operū ſuoꝝ.
. anteq̄ quicq̄ faceret a pncipio. id
eſt ante oēm creationē. ab eterno or
dinata ſū Nec dum erāt abiſſi ⁊ ego
iam cōcepta erā: nec dū fontes aqua
rum eruperāt. ſcȝ de locis ſubterrane
is. Nec dum mōtes graui mole ↄſti
terāt. i. ſup terram planā eleuati. Añ
omnes colles ego parturiebar. id ē
procedebam a fecūditate paterna ad
huc terram nō fecerat ⁊ flumina. id
eſt creaturā viſibilē. ⁊ cardines oꝛb
terre. id eſt ptes mūdi pncipales q̄
ſūt oriēs occidens auſtꝛ ⁊ aq̄lo qn̄ p
parabat celos aderā. indiuiſa em̄ ſūt
opa trinitatis Et ideo fili⁹ qui eſt ſa

pientia genita. ſemp opat̄ cum patre
vtȝ Joh. v. Pater meus vſq; modo
opatur ⁊ ego operoꝛ. quando certa
lege ⁊ giro vallabat abiſſos. conca
uitates vbi congregate ſūt aque vt
apparēt arida habitationi hominū ⁊
animaliū terreſtrium apta. Quādo
ethera firmabat ſurſum. id eſt ſperā
ignis que naturaliter ſurſū fert̄. Illa
enim pars elementoꝝ que cōtigua ē
ſpere lune ether vocatur. ⁊ libꝛabat
fontes aquaꝝ. cōſtituēs eos in pon
dere in numero ⁊ mēſura. quādo cir
cūdabat mari terminū ſuū. ne efflue
ret ⁊ operiret aridā. quādo appēde
bat fundamēta terre. id eſt ptes in
feriores terre circa centrū: que ſūt q̄
dam fundamēta ſupioꝝ paꝝ. Cū eo
eram cuncta ↄponēs. qꝛ indiuiſa ſūt
opera trinitatis. ⁊ delectabar per ſin
gulos dies. id ē eternaliter gaudebā
cum patre ⁊ ſpū ſancto. ludēs coram
eo omni tēpoꝛe ludēs in oꝛbe terraꝝ
id eſt ludum faciēs de oꝛbe terraꝝ q̄
ſimilis eſt ludo pile que de vno trāſ
fert̄ ad alium ſm quādam reuolutio
nem Quia regna terre trāſfert atq;
cōſtituit de gēte in gētem. ⁊ delicie
mee eſſe cum filijs hoīm. ſcȝ p grām
. nunc ergo filij. ſcȝ per adoptionem
. audite me. ſcȝ per debitam attentio
nem. beati q̄ cuſtodiunt vias meas
id eſt viam mādatoꝝ ⁊ viam ↄſilio
rum. audite diſciplinam. de moꝛib⁹
humanis. ⁊ eſtote ſapiētes. in diui
nis. ⁊ nolite abicere eam. Beatus
homo qui audit me. ſcȝ mihi obediē
do. ⁊ qui vigilat ⁊ foꝛes meas quoti
die. ſcȝ i loco diuini cult⁹ deuote orā
do. ⁊ obſeruat ad poſtes oſtij mei.
qui me inuenerit. per gratiam inue
niet vitam. ſcilicet eternam ⁊ hau
riet ſalutem a domino. qui eſt fons
ſalutis. Textus.

¶ In feſto ſancti Thome apl'i.
Iam nõ eſtis hoſpites ⁊ c̃. Quere in
fra in cõmum ſanctoꝝ.

¶ In feſto ſãcti Stephani ꝓthomar
tiris. Actu. vij. Text9

In diebꝰ illis. Stephanꝰ ple
nꝰ grã ⁊ fortitudīe faciebat
ſigna ⁊ ꝓdigia mag̃ in ꝑpl'o
Surrexerũt aũt quidã de ſynagoga
que appellabat̃ libertinoꝝ. ⁊ cyrenẽ
ſium ⁊ alexãdrinoꝝ. ⁊ eoꝝ qui erãt
in cecilia ⁊ aſia diſputãtes cũ ſtepha
no. Et nõ poterãt reſiſtẽ ſapie ⁊ ſpi
ritui q̃ loq̃bat̃. Audiẽtes aũt hec. diſ
ſecabant̃ cordibꝰ ſuis. ⁊ ſtridebant
dentibꝰ in eũ. Cũ aũt eſſet ſtephanꝰ
plenꝰ ſpũſcõ. intẽdens in celũ vidit
gl'am dei ⁊ iheſũ ſtantẽ a dextris ⁊
ait. Ecce video celos aptos ⁊ filium
hõis ſtantem a dextris v̓tutis dei. Ex
clamantes aũt voce mag̃ cõtinuerũt
aures ſuas ⁊ impetum fecerũt vnani
miter in eũ. Et eiiciẽtes eũ extra ciui
tatẽ lapidabãt Et teſtes depoſuerũt
veſtimẽta ſua ſecus pedes adoleſcen
tis q̃ vocabat̃ ſaulꝰ Et lapidabãt ſte
phanũ inuocantẽ ⁊ dicentẽ Dñe ihũ
ſuſcipe ſpũm meũ poſitis autẽ genu
bus: clamauit voce mag̃ dicẽs. Dñe
ne ſtatuas illis hoc pctm̃ Et cũ hoc di
xiſſet obdormiuit in domino.

Poſtilla.

In diebꝰ illis Stephanꝰ ple. ⁊ c̃
Ante iniciũ illiꝰ ep'le ſcribit ſã.
Lucas. ꝙ poſt aſcenſionẽ xp̃i verbũ
dñi creſcebat ⁊ multiplicabat̃ nume
rus diſcipuloꝝ in ihr'l'm valde. Mul
ta eñ turba ſacerdotũ obediebat fi
dei. Tũc ſtatim ſequit̃ ep'la pñs. Ste
phanꝰ aũt plenꝰ gratia. Ly. ad bene
operãdum. ⁊ fortitudīe aduerſa tol
lerãda. Faciebat ꝓdigia ⁊ ſigna ma
gna i populo. ad veritatẽ fidei catho
lice ꝯfirmãdam. ſurrexerunt q̃dã de
ſynagoga q̃ appellatur libertinoꝝ. a
regione ſic nominatoꝝ. vt dr̃ Glo.
interli. ⁊ cyrenẽſium. a cirene ciuita
te. ⁊ alexandrinoꝝ. id eſt ab alexã
drina metropoli egipti. ⁊ eorum qui
erant a cilicia ⁊ aſia. nomina ſunt re
gionum iude appropinquāꝝ. diſpu
tãtes cum ſtephano fidem catholicã
verbis quãtum poterũt impugnãdo
. et nõ poterant reſiſtere ſapiẽtie ⁊
ſpiritui qui loquebatur. ſcz ſcđm qđ
promiſerat ſaluator. d. Lu. xxi. Ego
dabo vobis os ⁊ ſapiẽtiam cui nõ po
terũt reſiſtere ⁊ ꝯtradicere omnes
aduerſarij veſtri. Tunc poſt hoc re
darguebat eos acriter. di. dura cer
uice. id eſt obſtinata mente. ⁊ incir
cumciſi cordibꝰ ⁊ auribꝰ. id eſt a vi
cijs ⁊ ſordibus. vos ſemper ſpiritui
ſancto reſiſtitis. qui locutꝰ eſt per ꝓ
phetas de chriſto. cuiꝰ nunc prodito
res ⁊ homicide fuiſtis. Ly. eius cruci
fixionem procurãdo. audiẽtes autẽ
hec diſſecabãtur cordibus ſuis. Lyra
Quia non habebant rationem interfi
ciendi eum. Et tamen omnibꝰ mo
dis interficere volebant. Et ſic diſſe
cabantur interius. quia paſſio pre
ualens diſcrepabatur a ratione. Et
ſtridebant dentibus in eum. ſicut ca
nes rabidi. Cum autem eſſet ſtepha
nus plenus ſpirituſancto intendens
in celum. vbi fiduciam ſuam colloca
uerat. vidit gloriam dei. ad confor
tationem ſuam ex ſpeciali gratia. ⁊
iheſum ſtantem a dextris dei. Lyra.
ad deſignandum ꝙ erat paratus ad
eius roborationem. quia ſtare pro
prium eſt adiuuantis in prelio. Sede
re autem proprium eſt iudicantis
vel regnantis. Et ait. ecce video ce
los apertos ⁊ filium hominis ſtãtem
a dextris virtutis dei. Ly. Nõ eſt hic
intelligendum ꝙ celi fuerunt diuiſi
cum ſint incorruptibiles. ſed quia

ſic clare vidit. ac ſi nullum eſſet ob
ſtaculum intermedium. exclamātes
autē voce magna. ne audirēt ſtepha
ni verba. Continuerūt aures ſuas ⁊
impetum fecerūt vnanimiter in eū.
nō ratione ſed furia moti. ⁊ eiicientes
eum extra ciuitatem lapidabāt. tan
q̄ blaſphemū. Mosꝰ enim erat bla
ſphemos extra ciuitatem lapidari.
vnde dixit dominꝰ ad moyſen Leui.
xxiiij. Educ blaſphemū ⁊ obruet eū
omnis populꝰ lapidibꝰ. Et depoſue
rūt veſtimēta ſua ſecus pedes adole
ſcētis qui vocabat̄ ſaulus Ly. vt ex
peditiꝰ ⁊ celerius eum interficerēt ⁊
lapidabāt ſtephanū inuocātem ⁊ di
centem domine ihesu ſuſcipe ſpūm
meum. poſitis autem genibꝰ Ly. vt
in orādo modꝰ eſſet deuotꝰ. clama
uit voce magno. q2 procedebat ex affe
ctu magno ad proximoꝝ ſalutē di.
. domine ne ſtatuas illis hoc peccatū
Ly. reſeruādo eis penam eternā ſed
da eis penitētiam. vnde Beda. Ste
phanꝰ pro ſeipſo ſtando orauit: ſꝫ p
inimicis flexis genibꝰ ⁊c. Et cū hoc
dixiſſet. ex feruore caritatis ſcdm di
ctum ſaluatoris. Mat. v. Orate pro
calumniantibꝰ ⁊ perſequentibꝰ vos
. obdormiuit in domino. Nam eius
anima ſanctiſſima abſorpta fuit in
abiſſo ſuperne claritatis ⁊c. Sequit̄
in textu. Saulꝰ autem erat ꝯſentiēs
neci eius. facta eſt autē illa die per
ſecutio magna i eccleſia que erat ihe
roſolimis ⁊ omnes diſperſi ſūt p re
giones iudee ⁊ ſamarie pret̄ apoſto
los Curauerūt autē ſanctum ſtepha
num. Ly. i. decenter ſepelierūt. viri ti
morati. i. timētes deum. Inter quos
gamaliel fuit principalis. ⁊ fecerūt
planctum magnū ſuper eum

In feſto ſancti Johānis apoſtoli
et euangeliſte. Textꝰ

Qui timet deū faciet bona ⁊c

Quere etiam in cōmuni ſanctorum
de euangeliſtis.

In feſto pueroꝝ innocentū ſcribi
tur. Apoca. xiiij. Textꝰ.

In diebꝰ illis Vidi ſupra montē ſyon
agnū ſtantē. ⁊ cū eo centūquadragi
taquatuor milia habētes nomē eius
et nomē patris eiꝰ ſcriptū in fronti
bꝰ ſuis Et audiui vocē de celo tanq̄
vocē aquaꝝ multaꝝ ⁊ tanq̄ vocē to
nitrui magni. Et vocē quam audiui
ſicut citharedoꝝ citharizantiū in cy
tharis ſuis. Et cantabāt q̄ſi canticū
nouū ante ſedē dei ⁊ ante q̄tuor aia
lia ⁊ ſeniores Et nemo poterat dicē
canticum niſi illa centūquadraginta
quatuor milia qui empti ſūt de terra
Hij ſūt qui cū mulieribꝰ non ſunt co
inquinati: v̄gines eīm ſunt Hij ſequū
tur agnum quocūq3 ierit. Hij empti
ſūt ex hominibꝰ primicie do ⁊ agno
Et in ore eoꝝ non eſt inuentū menda
cium. Sine macula ſunt ante thronū
dei. Poſtilla.

In diebꝰ illis. vidi ſupra mon
montē ⁊c. Li. i. in eccleſia triū
phāte q̄ dicit̄ mōs ſion. vt habet̄ He
bre. xij. agnū ſtantem. i. xpm qui eſt
agnꝰ dei. vt habet̄ Job. p̄. cap. ⁊ cū
eo centūquadragintaquatuor milia.
in tali numero venerātur pueri ino
centes. quoꝝ feſtum peragit̄ ſm illā
viſionē q̄ oſtēſa ē iohi qn̄ a domicia
no ceſare i exiliū miſſus fuit vbi ſcp
ſit libꝝ Apoca. ſed tn̄ certꝰ numerꝰ
pueroꝝ inocentū nō repit̄ certitudi
nalit̄ i ſcpturis. hn̄tes nomen eiꝰ ⁊
nomē pr̄is eiꝰ ſcptū i frōtibꝰ ſuis Et
audiui vocē de celo tanq̄ vocē aquaꝝ
multaꝝ. i. multitudis ſcōꝝ. ⁊ tanq̄
vocē tonitrui magni. In q̄ deſignat̄
magtudo laudis huiꝰ Nō ſolū ex lau
datiū multitudie: ſed etiā ex mō lau
dis ⁊ q̄litate. ⁊ vocē quā audi ſicut
citharedoꝝ citharizantiū i citharis

ſuis Nam hec laus eſt corã deo ⁊ ãge
lis eius gl'ioſa. ⁊ cãtabãt q̃ſi canticũ
nouũ. qui dicti laudãtes ſũt de nume
ro ſanctoꝝ noui teſtamẽti. ante ſedẽ
ſcꝫ dei. ⁊ ãte q̃tuor aĩalia ⁊ ſeniores
.i. in pñtia ſanctoꝝ patriarchaꝝ ⁊ ꝓ
phetaꝝ in celo exiſtentiũ. ⁊ nemo po
terat dicere canticũ nouũ niſi illa cen
tumq̃dragintaq̃tuor milia. qui emp
ti ſunt de terra. ſcꝫ ſanguine xpi. Hij
ſũt qui cũ mulieribꝰ non ſũt coinqui
nati: ṽgines eñ ſũt. integritateꝫ car
nis ſeruãdo. Hij ſequũtur agnũ quo
cũqꝫ ierit. Hij empti ſũt ex hoĩbꝰ pri
mitie deo .i. gl'ioſi ſũt ſicut p̃mi fructꝰ
ſũt magis delectablies. ⁊ in ore eoꝝ
nõ eſt inuentũ mẽdaciũ. nam pueri
iſti veritatẽ fidei nõ loquẽdo. ſed mo
riendi ꝯfeſſi ſũt. ſine macula ſũt ante
thronũ dei. nã macula pc̃ti originał
purgata fuit ṽtute ſui martirij

In cõuerſione ſancti pauli apoſto
li. Actuũ. ix. Textꝰ

Paulus autẽ adhuc ſpirãs mi
naꝝ ⁊ cedis in diſcipulos do
mini acceſſit ad p̃ncipeꝫ ſacer
dotum ⁊ petijt ab eo ep̃l'as in dama
ſcum ad ſynagagas vt ſi quos inue
niſſet huiꝰ vite viros ac muliẽs vin
ctos perduceret in ihr'l'm. Et cũ iter fa
ceret: ꝯtigit vt appropinq̃ret dama
ſco ⁊ ſubito circũfulſit eũ lux de celo
et cadẽs in terrã audiuit vocẽ dicen
tem ſibi. Saule ſaule q̃d me pſeq̃ris
Qui dixit. Quis es dñe. Et ille Ego
ſum ihs quẽ tu pſeq̃ris Duꝝ eſt tibi
cõtra ſtimulũ calcitrare. ⁊ tremens
ac ſtupẽs dixit. Dñe q̃d me vis facẽ
Et dñs ad eũ. Surge ⁊ ingredẽ ciui
tatẽ ⁊ ibi dicet̃ tibi quid te oporteat
facẽ. Viri auteꝫ illi qui comitabant̃
cũ eo ſtabãt ſtupefacti. audiẽtes qui
dem vocẽ neminẽ autẽ videtes. Sur
rexit autem ſaulus de terra apertiſqꝫ
oculis nihil videbat. Ad manꝰ autẽ

illũ trahẽtes introduxerũt damaſcũ
Et erãt ibi tribꝰ diebꝰ nõ vidẽs ⁊ nõ
manducauit neqꝫ bibit Erat ãt q̃dã
diſcipulꝰ damaſci noĩe Ananias. ⁊
dixit ad illũ in viſu dñs Anania At il
le ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eum
Surge ⁊ vade in vicũ q̃ vocat̃ rectꝰ
et q̃re in domo iude ſaulũ noĩe thar
ſenſem Ecce eñ orat Et vidit virum
ananiã noĩe introeũtẽ ⁊ ĩponẽtẽ ſibi
manꝰ vt viſũ recipiat Rñdit ãt ana
nias Dñe audiui a multis de viro hoc
quãta mala fecerat ſanctis tuis ĩ ihe
ruſalẽ. Et hic hꝫ ptãtẽ a p̃ncipibꝰ ſa
cerdotũ ⁊ alligãdi oẽs qui inuocãt
nomẽ tuũ. Dixit aũt ad eũ dñs vade
quoniã vas electionis ẽ iſte mihi vt
portet nomen meũ corã gentibꝰ ⁊ re
gibꝰ ⁊ filijs iſrł'. Ego eñ oſtẽdam il
li quanta oporteat eum ꝓ noĩe meo
pati. ⁊ abijt ananias Et introiuit in
domũ ⁊ imponẽs ei manꝰ dixit. Sau
le frater. dñs miſit me ihẽſus q̃ appa
ruit tibi ĩ via q̃ veniebas vt videas
et implearis ſp̃ũſcõ. Et cõfeſtim ceci
derũt ab ocul' eius tanq̃ ſquame ⁊
viſũ recepit Et ſurgẽs baptiſatꝰ eſt.
Et cũ accepiſſꝫ cibũ ꝯfortatꝰ eſt. Fuit
aũt cũ diſcipul' qui erant damaſci ꝑ
dies aliquot. Et ꝯtinuo ingreſſus in
ſinagogas p̄dicabat ihẽſũ. quoniã hͣ
eſt filiꝰ dei Stupebãt aũt oẽs q̃ eũ au
diebãt ⁊ dicebãt Nõne hͣ ẽ q̃ expug
bat in ihr'l'm eos q̃ inuocabãt nomẽ
iſtud. ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos
illos duceret ad p̃ncipes ſacerdotũ.
Saulꝰ aũt multomagis ꝯualeſcebat
et ꝯfundebat iudeos q̃ habitabãt da
maſci affirmãs qm̃ hͣ ẽ xps Po.

Paulꝰ aũt adhuc ſpirãs minaꝝ
⁊ c̃. Ante inicium illiꝰ ep̃l'e ſcri
bit ſanctꝰ Lu. qꝫ diſcipuli q̃ erant di
ſperſi poſt lapidationẽ ſancti ſtepha
ni pertrãſibant euãgeliſantes verbũ
dei. philippꝰ autẽ deſcẽdẽs in ciuitatẽ

ſamarie: p̄dicabat illis xp̄m Intende bāt autem turbe hys que a philippo dicebātur vnanimiter audiētes ⁊ vi dentes ſigna que faciebat: multi em̄ eorum qui habebāt ſp̄us immūdos .i. diabolos clamātes voce magna ex ibāt: multi autem paralitici ⁊ claudi curati ſūt. Factum eſt ergo magnū gaudium ī illa ciuitate. Tūc poſtmo dum ſequiẽ epiſtola hodierna. ſaul9 autem adhuc ſpirās Ly. i. ex vehemē ti ſpū ignem perſecutionis in ſe accē dens Et in alys contra eccleſiam. mi narum. in verbis iniuriosis. ⁊ cedis .i. verberib9. ⁊ flagellis ī diſcipulos domini. i. cōtra credētes in xp̄m qui tūc dicebanẽ diſcipuli: q2 nōdum no minabanẽ xp̄iani. acceſſit ad princi pem ſacerdotum Ly. nō vocat9: ſed ſe ingerēs: volūtate nocendi inflāma tus. ⁊ petyt ab eo epiſtolas. vt ex eius auctoritate magis poſſet nocere fidelib9. i damaſcum ad ſynagogas Ly. vt ibi perſequereẽ credētes ſicut fecerat in iheruſalem: vt ſi quis inue niret hui9 vite viros ac muliēs vin ctos perduceret in iheruſalem. Et cū iter faceret cōtigit vt appropinqua ret damaſco. ⁊ ſubito circūfulſit eū lux de celo. Ly. ſicut ſolet fieri in cho ruſcatione ⁊ fulgure. ⁊ cadens in ter ram. pre ſtupore ⁊ admiratione. au diuit vocē. ſc3 auditu corporis ⁊ mē tis. dicentem ſibi ſaule ſaule. hec du plicatio fit ad magis mouēdam ei9 attentionem. quid me perſequeris. ſc3 in membris meis: que perſeque batur ſaul9 ⁊ non xp̄m in ꝓpria pſo na: q2 iam ſedebat ad patris dexterā glorioſus. qui dixit: quis es domine Et ille. ego ſum iheſus quem tu ⁊c. id eſt potētiori te incōporabiliter re ſiſtere. ⁊ tremens ac ſtupens Ly. de cognita xp̄i poteſtate: quem āte nō credebat in celo regnare. ſed magis

vt falſum ꝓphetam cum damnatis eſſe. dixit domine quid me vis. qua ſi diceret. ex nūc facere parat9 ſum tibi in omnib9 obedire. ⁊ dominus ad eum ſurge ⁊ ingredere ciuitatem et diceẽ tibi quid te oportcat facere: in hoc oſtēdit xp̄s q vult q vnus ho mo informeẽ ab alio. viri autem illi qui comitabātur cum eo ſtabāt ſtu pefacti: audiētes quidem vocem. ſc3 pauli: non autem xp̄i: q2 audiebant paulum dicentem. quis es domine. ⁊c. Quia nō videbāt aliquam perſo nam ad quam dirigeret ſermo. ideo ſtabāt ſtupefacti. ſurrexit aute3 ſau lus de terra apertiſq3 oculis nihil vi debat ⁊c. Ly. ſc3 viſu corpali. vide bat autem viſū mētali: q2 ſm docto res cōmuniter in illo triduo fuit ra ptus vſq3 ad tercū celum. ⁊ nō mā ducauit neq3 bibit Ly. ſuſtētat9 illa viſione ſicut ⁊ moyſes. xl. dieb9 in monte ſynai. erat autem quidam di ſcipulus damaſci nomine ananias. Ly. qui de iudaiſmo ad fidem xp̄i cō uerſus fuit ſcientia ⁊ vita famoſus . ⁊ dixit ad illum i viſu domin9 ana nia At ille ait Ecce ego domine ⁊c. Ly. hoſpes em̄ pauli iudas vocabaẽ . ſaulum: nomine tharſenſem. id eſt de tharſo oriundū. ecce enim orat. ē enim oratio eleuatio mētis in deum. vt inquit Hugo. in de oratione. Fue rat autem vſq3 ad tercium celum ra ptus. ⁊ ex illo raptu egreſſus: deo grās agebat. ⁊ vidit. in reuelatione domini. virū ananiam nomine. Ita q reuelatio fuit ſibi facta nō ſolum de perſona: ſed eciam de ꝓprio nomi ne. introeūtem ⁊ imponēte3 ſibi ma nus vt viſum recipiat. Ly. hec autē impoſitio erat ad curationem corpoā lem. Sicut de beato Laurentio legiẽ q ponebat man9 ſuper cecorum ocu los ⁊ illuminabātur. reſpondit autē

anamas. Ly. ſc excuſãdo. eo ꝙ ſau
lus erat famoſus in pſecutione credẽ
tiũ in xp̄m. dñe audiui a multis de vi
ro hoc. quãta mala ſanctis tuis fece
rit in ihrl̃m ⁊c̃. id eſt ſpecialit̃ vas
electũ grẽ ⁊ ſcie ↄcentiuũ. vt portet
nomẽ meũ. ſcȝ ope ⁊ p̄dicatõe. corã
gentibꝰ ⁊ regibꝰ ⁊ filijs iſrl̃. ego em̄
oſtẽdã illi. ſcȝ ꝑ effectũ. quãta opor
teat eũ pati ꝓ nomine meo. qꝛ ꝑ mł
tas tribulatiões oportet nos intrare
in regnũ celoꝝ. ⁊ abijt anamas. ad
exequẽdũ dñi mandatũ. ⁊ introiuit
in domũ ⁊ imponẽs ei manꝰ ⁊ dixit.
Saule frater. dñs miſit me ihezus. q̄
apparuit tibi in via q̄ veniebas: vt
videas ⁊ implearis ſpũ ſcõ ⁊ ↄfeſtim
ceciderũt ab oculis eiꝰ tanq̄ ſquame
Ly. i. macule albe ⁊ dure. ſicut ſunt
ſquame piſcium. q̄ cauſate fuerũt in
eo a lumine exceſſiuo ipſũ excecante
. et viſũ recepit ⁊ ſurgẽs baptiſatꝰ
eſt. ſcȝ in noie ihezu xp̄i. ⁊ cũ accepiſ
ſet cibũ ↄfortatus eſt. duplici ↄforta
tione ſcȝ ſpũ ⁊ corpe. Fuit aũt cũ di
ſcipulis qui erãt damaſci ꝑ dies ali
quot. ⁊ cõtinuo ingreſſus ſynagogã
predicabat ihezũ. qm̄ hic ẽ filiꝰ dei.
ſtatim poſt baptiſmũ Ex illo pȝ ꝙ do
ctrinã euãgelicã nõ habuit ab hoie:
ſed a deo. ſtupebãt aũt oẽs qui eum
audiebãt. de tãta ſubdita mutatiõe
per quã atrociſſimꝰ fidei pſecutor fa
ctus fuerat ↄſtãtiſſimꝰ eius p̄dicator
. et dicebãt. Nõne hic ẽ qui expugna
bat in ihrl̃m eos q̄ inuocabãt nomẽ
iſtud. ⁊ huc ad hoc venit vt vinctos
illos ducẽt ad ṗncipes ſacerdotum.
Saulꝰ aũt multomagis ↄualeſcebat
ſcȝ ꝓcedẽs ſemꝑ de bono in meliꝰ. ⁊
cõfundebat iudeos q̄ habitabant da
maſci. Affirmãs qm̄ hic ẽ xp̄s Ly. i.
ꝙ ihs nazarenꝰ eſt vere xp̄s in lege
et ꝓphetis ꝓmiſſus Qð declarabat ꝑ
ſcẽpturas veteris teſtamẽti q̄s ṗmo

didicerat a gamaliele. ⁊ poſtea mł
to perfectiꝰ a deo illuſtratẽ.
¶ In feſto purificationis ſcẽ Marie
virginis. Malachie. iij. Textꝰ
H Ec dicit dñs deus. ecce ego
mitto angelũ meũ ⁊ p̄para
bit viam añ faciẽ meã. ⁊ ſta
tim veniet ad templũ ſanctũ ſuũ do
minator quẽ vos q̄ritis ⁊ angelus te
ſtamẽti quẽ vos vultis Ecce venit dt
dñs exercituũ. Et q̄s poterit cogita
re diẽ aduẽtus eiꝰ Et q̄s ſtabit ad vi
dendũ eũ. Ipſe em̄ q̄ſi ignis ↄflãs. ⁊
quaſi herba fullonũ Et ſedebit ↄflãs
et emũdans argentũ ⁊ purgabit fili
os leui. Et colabit eos q̄ſi auꝝ ⁊ q̄ſi
argentũ ⁊ erũt dño offerẽtes ſacrifi
cia i iuſticia Et placebit dño ſacrifici
um iuda ⁊ ihrl̃m ſicut dies ſeculi ⁊ ſi
cut ãni antiqui dt dñs oipotẽs.
H Ec dicit dñs de Poſtilla
us. Ecce ego ⁊c̃. In p̄ñti epl̃a
ñuciat̃ vterq̄ aduentꝰ xp̄i. ſcȝ in car
nem ⁊ in iudiciũ. ⁊ ṗmo denũciat̃ ṗ
mus aduẽtus in carnẽ. cũ dr̃. Hec dt
dñs deꝰ. ſcȝ pater. ecce ego mitto an
gelũ meũ. Ly. i. Joh. baptiſtã q̄ ma
gis duxit i terris vitã angelicã q̄ hu
manã. ꝙ em̄ hec ſcẽptura itelligit̃ de
Johe baptiſta. hoc pȝ Mat. xi. vbi
xp̄s dixit de iohe Hic ẽ de quo ſcẽptũ
eſt. ecce ego mitto angelũ meũ ⁊ p̄
parabit viã añ faciẽ meã. i. añ filium
meũ. qꝛ p̄dicatio ⁊ baptiſmꝰ Johis
fuerũt q̄dã p̄paratões ad baptiſmũ
et p̄dicationẽ xp̄i. ⁊ ſtatim veniet ad
templũ ſanctũ ſuũ. id ẽ in ihrl̃m. qꝛ
ibi xp̄s hodie fuit oblatꝰ a matre ⁊
receptꝰ a ſymeone. Et poſtmodum
ibi pluries predicauit ⁊ ibidem mul
ta miracula fecit. dominator quem
vos queritis. id eſt quem vos deſide
ratis. ⁊ angelus teſtamẽti. id ẽ xp̄s
qui fuit nũcius noui teſtamẽti. quẽ
vos vultis. videlicet ihezus chriſtus
f i

deſideratꝰ a ſãctis patribꝰ ⁊ ꝓphetis
Secũdo denũciat̃ hic aduentꝰ xp̃i ad
iudicium. cum dicit. Ecce venit dicit
dominꝰ exercituũ. Ly. id eſt veniet
certitudinaliter ad iudicium ⁊ quis
poterit cogitare diem aduentꝰ eius
q. d. nullꝰ. vnde Math. xxiiij. de die
illa ⁊ hora nemo ſcit neq; angeli ce
loꝝ niſi ſolꝰ pater. ⁊ quis ſtabit. id ẽ
poterit ſtare. ad videndũ eum. Ly.
q2 ſicut primꝰ aduẽtus fuit in humi
litate ⁊ mãſuetudine. Ita ſecundus
erit ĩ poteſtate ⁊ terrore. Ipſe eñ q̃
ſi ignis cõflans ⁊ q̃ſi herba fullonum
Ita referũtur ad primũ ⁊ ſecundum
aduẽtum. cum d2. Ipſe eñ q̃ſi ignis
cõflans ad ſecũdu3 aduẽtum ꝑtinet
et q̃ſi herba fullonũ ad primũ. Nam
herba fullonũ qua vtũtur fullones
ad purificãdum veſtes ⁊ faciendum
eas nitidas. mitiꝰ ⁊ ſuauiꝰ lauat ſor
des pannoꝝ. Ignis autem cum mag
na violẽtia purgat metallum. ſic in
primo aduẽtu xp̃s cum magna man
ſuetudine: ⁊ quadam ſuauitate peni
tentie purgauit peccatores. In ſecũ
do aduentu purgabit per ignem. ⁊
ſedebit dominus. ſcilicet in iudicio.
. conflans ⁊ emũdans argentum. q2
ſicut argentum conflatur in igne vt
purgetur. Emũdatum autem in the
ſauros reponitur. Sic fiet in die iudi
cij. nam in igne purgabũtur electi q̃
nondum plene ſunt purgati ĩ purga
torio quatenꝰ purgati tranſeant in
theſauros domini. vt ſint ibi q̃ſi au
rũ ⁊ argẽtũ. ⁊ purgabit filios leui p
leui hic intelligit̃ ſacerdotalis digni
tas purgãdi ergo ſunt miniſtri ſacer
dotalis officij. ⁊ colabit eos quaſi au
rum ⁊ quaſi argentum. ad perfectã
munditiam deducendo. ⁊ erunt offe
rentes domino ſacrificia in iuſticia.
ſcilicet operum. Et placebit deo ſacri
ficium. ſcilicet oblatum. pro iuda ⁊

iheruſalem id eſt pro hominibus acti
uis qui intelliguntur per iudam. Et
contemplatiuis qui intelligũtur per
iheruſalez. ſicut dies ſeculi ⁊ ſicut an
ni antiqui. id eſt ſicut placuit ſacrifi
cium Abel. Melchiſedech: ⁊ Abraã
et aliorum ſanctorum patrum in ſe
culis preteritis ⁊ annis antiquis. di
cit dominus omnipotens.

¶ In cathedra ſancti Petri apoſtoli
ꝑ. Petri. i.

Textus.

Petrus apoſtolus iheſu chriſti
electis aduenis diſperſiõis
ponti galathie Capadocie.
aſie: ⁊ bithinie ſcd̃m preſcientiam
dei patris in ſanctificationem ſpiri
tus. in obedientiam ⁊ aſperſionem
ſanguinis iheſu chriſti: gratia vobis
et pax multiplicetur benedictus deꝰ
et pater domini noſtri iheſu chriſti.
qui ſcd̃m miſericordiam ſuam mag
nam regenerauit nos in ſpem viuã
per reſurrectionem iheſu chriſti ex
mortuis in hereditatem incorruptibi
lem ⁊ incontaminatam ⁊ immarceſ
ſibilem conſeruatam in celis. in vo
bis qui in virtute dei cuſtodimini per
fidem in ſalutem paratam reuelari
in tempore nouiſſimo in quo exulta
bitis modicum nunc ſi oportet cõtri
ſtari in varijs temptationibus vt ꝓ
batio fidei veſtre multo precioſior ſit
auro quod per ignem probatur. In
ueniatur in laudem ⁊ gloriam ⁊ ho
norem in reuelatione iheſu chriſti

Poſtilla.

Petrꝰ apoſtolꝰ iheſu xp̃i electis
aduenis diſper. ⁊c. Notãdum
q2 ſymon petrꝰ Johannis prouincie
galilee. vico de bethſaida frater An
dree apoſtoli diſcipulus ſaluatoris.
ſcribit hanc epiſtolam proſelitis. id
eſt hijs qui primo de gẽtilitate ad iu
daiſmũ. ⁊ poſtmodum de iudaiſmo
ad chriſtum cõuerſi erãt. Qui ꝓ hoc

xp̄i patiebant̄ ⁊ diſperſi erāt p9 lapi
dationē ſancti ſtephani Illis ſcribit
a roma tp̄e claudij ceſaris . vnde hic
dicit̄ . petr9 . Ly . ꝑmo em̄ vocat9 fuit
ſymō : ſed poſtea a xp̄o a quo noiat9
eſt petr9 : a petra q̄ eſt xp̄s ꝓpt̄ fidei
firmitatem . apl̄s iheſu xp̄i . i . miſſus a
iheſu xp̄o Gor . ecce nomen officij : no
bile officiū eſt eſſe nūciū ſiue legatū
xp̄i . electis . ſcȝ a deo ad fidē catholi
cā . aduenis . ſcȝ q̄ de gētilitate vene
rāt ad iudaiſmū ⁊ de iudaiſmo ad fi
dem xp̄i . diſperſionis . i . qui ſūt de di
ſperſiōe ⁊ extra terrā iudee . ⁊ ill̄ vi
det̄ btūs petr9 ſpāliter ſcribe̅ Nō pȝ
ex hoc qđ ſubdit̄ . ꝑoti . Gor . ꝓuincie
grecie ē iuxta mare . galathie . alia ꝓ
uincia ē a q̄ galathe dicte ſūt . Aſie .
minoris ſcȝ in q̄ predicauit Joh̄ . euā
geliſta . aſia vero maior media ps or
bis . bithinie . alia ꝓuincia ⁊ omnes
iſte ꝓuincie ſūt grecoꝝ In hijs ꝓuin
cijs diſperſi erant . ſm̄ ꝑſciam dei pa
tris Ly . ⁊ accipit̄ hic ꝑſcia ꝓ ꝑdeſti
natōe . in ſanctificatione̅ ſpūs Ly . ta
lis em̄ ſcificatio appropriat̄ ſpūi ſcō
. in obediētiā . i . p obediam . ⁊ aſper
ſione̅ ſanguinis iheſu xp̄i . q̄ fuit obe
diēs vſq ad morte̅ : morte̅ aute̅ cru
cis Phil̄ . ij . ab hac aūt paſſione hn̄t
efficaciā oia ſacramēta noue legis q̄
ſūt inſtrumēta nr̄e ſcificatiōis . grā
vobis . in pn̄ti . ⁊ pax . in futuro . mul
tiplicet̄ . qꝛ tūc q̄etabit̄ tot9 hois ap
petit9 . Bn̄dict9 deus Ly . q̄ptū ad to
tā trinitate̅ . ⁊ pater dn̄i nr̄i ihu xp̄i .
qui ſm̄ magnā miam ſuā . Ly . ⁊ non
ſm̄ merita nr̄ā . regenerauit nos . ſ .
in ſacramēto baptiſmi p quod effici
mur filij dei adoptiui . In ſpem viuā
. i . certā . p reſurrectione̅ iheſu xp̄i ex
mortuis . p quā he̅m9 certitudine̅ fu
ture glificatōis : qꝛ cū eſſet hō paſſi
bilis ſicut ⁊ nos ad vitā imortale̅ re
ſurrexit Et qꝛ filij adoptiui hn̄t ius i

hereditatis ꝑticipatōe iō ſubdit̄ . i he̅
ditate̅ Gor . in futuro habendā . icor
ruptibile̅ . Ly . nā he̅ditas celeſtis nū
q̄ deficit . ⁊ incōtaminatā . qꝛ nihil i
mundū recipit . ⁊ imarceſſibile̅ . nam
ſuū decore̅ nunq̄ minuit . ꝯſeruatā in
celis . He . nō in pn̄ti dandā : ſȝ tp̄e ꝑ
finito reddēdā in vob̄ . i . p illō qđ . i
vobis ē . p grām ⁊ liberꝝ arbitriū ⁊
per hō merita vr̄a . q̄ cuſtodimini in v̄
tute dei . nō vr̄a . Vn̄ ps . cxxvi . Niſi
dn̄s cuſtodierit ciuitate̅ . p fide̅ . q̄ fa
cit hoies fortes ad ꝑſeuerādū . In ſa
lute̅ . Ly . ꝯſeq̄ndā . paratā reuelari . ⁊
oſ̄di ⁊ dari q̄ mō latet . in tp̄e nouiſ
ſimo . Ly . i . in finali iudicio Nā electi
apparebūt gl̄oſi in aīa ⁊ in corpe . in
quo . ſcȝ tp̄e nouiſſimo . exultabitis .
ſcȝ eternalit̄ . modicū nūc ſic oportet
cōtriſtari Ly . tpalit̄ . in varijs tēpta
tionib9 Gor . tā interiorib9 q̄ ad ipa
rū multiplicitate̅ Vn̄ ps . xxxiij . mul
te tribulatōes iuſtoꝝ . ⁊ Act . xiiij . p
multas tribulatōes oportȝ nos itra
re in regnū celoꝝ . vt ꝓbatio fidei ve
ſtre multo ꝑcioſior ſit auro qđ per ig
ne̅ ꝓbat̄ . Ly . ſicut auꝝ in fornace ꝓ
iectū inde nō deterioꝛat̄ : ſed puri9 ⁊
meli9 efficit̄ ſic ⁊ c̄ . Inueniat̄ . Gor . i .
cedat . in laude̅ . hoim . ⁊ gl̄am . ange
loꝝ . ⁊ honore̅ . dei . In reuelatōe ihu
xp̄i dn̄i nr̄i . i . tp̄e iudicij in quo xp̄us
maifeſtabit gl̄aȝ electōꝝ Text9
In feſto ſci Mathie apl̄i . Act . ꝑ .
Xurgēs petr9 in medio fra
trū ſuoꝝ dixit . Erat aūt tur
ba hoim ſiml̄ fere cētū vigiti
Viri frēs oportȝ iple̅ ſcptura̅ quā ꝑ
dixit ſpūs ſcūs p os dauid de iuda q̄
fuit dux eoꝝ q̄ ꝯphenderūt iheſū qui
cōnumerat9 erat in nob̄ ⁊ ſortit9 eſt
ſorte̅ miſterij hui9 : ⁊ h̄ q̄de̅ poſſedit
agꝝ de mercede iniq̄tatis ⁊ ſuſpen
ſus crepuit medi9 Et diffuſa ſūt oia
viſcera eius ⁊ notū factū eſt oibus

habitantibꝰ iheruſalē ita vt appella
rerē ager ille ligua eoꝝ achceldemach
hoc ē ager ſanguinis Scriptū eſt eñ
in libro pſalmoꝝ fiat ꝯmoratio eoꝝ
deſerta: ⁊ nō ſit qui habitet in ea. ⁊
epiſcopatū eius accipiet alt̄. oportet
ergo ex his viris qui nobiſcū ſūt cō
gregati in omni tpe quo intrauit ⁊
exiuit int̄ nos dñs iheſus incipiens a
baptiſmate iohānis vſqȝ in diē qua
aſſumptꝰ eſt a nobis teſtē ⁊ reſurre
ctionis eiꝰ nobiſcū fieri vnū ex iſtis
et ſtatuerūt duos . ioſeph qui vocat̄
barſabas q̄ ꝯgnominatꝰ eſt iuſtꝰ ⁊
mathiam . ⁊ orātes dixerūt . tu dñe q̄
corda noſti oim: oſtēde quē eligeris
ex his duobꝰ vnū accipere locū mini
ſterij huiꝰ ⁊ apoſtolatꝰ de quo p̄uari
catus eſt iudas vt abiret in locū ſuū
et dederūt ſortes . ⁊ cecidit ſors ſup
mathiā ⁊ ānumeratꝰ eſt cū vndecim
apoſtolis . Poſtilla.

EXurgēs petrꝰ i medio fra. ⁊ c̄
Ante inicīū illiꝰ ep̄le ſcribit ſā.
Lu. in eo . ca . ꝙ poſtq̄ xp̄s i die aſcē
ſionis videntibꝰ diſcipulis eleuatꝰ ē
in celū . Tūc oēs ſimul reuerſi ſūt ihe
roſolimā a mōte qui vocat̄ oliueti .
et eſt iuxta iheroſolimā ſabbati hñs
iter Ly. i. mille paſſus qꝛ non licet iu
deis in ſabbato vltra tale ſpaciū am
bulare Et cū introiſſent in cenaculū
aſcēdebāt vbi manebāt Petrꝰ ⁊ Jo
hānes ⁊ Jacobꝰ Andreas Philippꝰ
et Thomas Bartholomeꝰ ⁊ Mathe
us Jacobꝰ alphei ſcȝ filiꝰ . hoc dicitur
ad dr̄am alteriꝰ qui fuit filiꝰ zebedei
et Symon zelotes ⁊ Judas iacobi .
hoc dr̄ ad dr̄am ꝓditoris Hij omnes
erāt pſeuerātes vnanimit̄ in oratio
ne cū mulieribꝰ Ly. deuotis q̄ erāt ſe
cute iheſū a galilea Et maria matre
iheſu ⁊ fr̄ibꝰ eius . i. alijs de ꝯgnatōe
iheſu quoꝝ plures erāt ibi ⁊ c̄. Tūc
ſtatim ſequit̄ p̄ns ep̄la . Jn diebꝰ ill̄

Ly. i. tpē medio inter aſcenſionē dñi
et penthecoſtes exurgēs petrꝰ . tāq̄
pⁱncipal̄. erat aūt turba hoim ſimul
fere centūuiginti viri . frēs oportet i
pleri ſcripturā q̄m p̄dixit ſp̄ūſſcūs p
os dauid . Cuiꝰ verbū non p̄t eſſe fal
ſū . de iuda q̄ fuit dux eoꝝ q̄ ꝯphende
rūt iheſū qui ꝯnūeratꝰ erat in nob .
Ly. i. vnꝰ de . xij . ap̄lis . Et ſortitꝰ eſt
ſortē miniſterij huiꝰ Ly. i. dignitatē
ap̄licā quā habuit p xp̄i electionem
ſicut dr̄ Jo . vi . Nonne . xij . vos elegi
et vnꝰ ex vobis diabolꝰ eſt . ſors eñ
aliqñ accipit̄ ꝓ p̄te ⁊ ſic accipit̄ hic .
qꝛ in p̄tē ap̄loꝝ vocatus eſt . ⁊ hic q̄
dā poſſedit agꝝ de mercedē iniq̄tatis
Ly. i. poſſideri fecit ab alijs . qꝛ . xxx .
denarijs q̄bꝰ iniq̄ xp̄m vendiderūt in
templū ꝓiecit ex q̄bꝰ pⁱncipes ſacer
dotū emerūt agꝝ ꝓ ſepultura pere
grinoꝝ . vt habet̄ Mat . xxvij . ⁊ eci
am aliqui volunt ꝙ iudas fuit ibi ſe
pultꝰ . ⁊ ſic poſſedit agꝝ illum . ⁊ ſu
ſpēſus crepuit mediꝰ diffuſa ſūt oīa
viſcera eius Ly. vt pena reſpōderet
culpe . Juſtū eñ erat vt viſcera q̄ tā
tā ꝓditionē ꝯpͣuerāt enormit̄ de ventre
caderent . ⁊ notū factū ē . ſcȝ enorme
factū iude . oibꝰ habitātibꝰ iheruſalē
ita vt appellaret̄ ager ille . ſ . emptꝰ
de p̄cio ſanguinis xp̄i . lingua eoꝝ . i .
pⁱncipium ſacerdotum qui emerūt
agꝝ illū Achceldemach hoc ē ager ſan
guinis Scriptum eſt eñ in libro pſal
morum . Fiat cōmoratio id eſt habi
tatio . eoꝝ deſerta ⁊ non ſit qui inha
bitet in ea . Hoc ſcribit̄ in p̄s . lxviij
Jn quo predixit dauid penam ſacer
dotum . chriſti mortem procurātium
Jn penam enim mortis chriſti tem
plum ⁊ ciuitas iheruſalem fuerunt
combuſta p romanos ⁊ ſacerdotes
partim interfecti ⁊ partim captiuati
et epiſcopatum eius accipiet alter .
Hoc habetur pſalmo decimooctauo

In quo dauid p̄dixit penā iude ꝓdi
toris qui xp̄m vendidit p̄ncipib⁹ ſa
cerdotū. Iſto em̄ iuda p ſuſpēſionē
mortuo Mathias ſucceſſit ei i apoſto
latu Apoſtolatus vel ep̄s dr̄. vnde iā
ep̄i ſucceſſores ſūt apoſtoloꝝ. vt dr̄
in decretis. Et hoc eſt qd̄ dicit̄ hic ꝛ
epiſcopatū eius accipiat alter. ſcȝ ſā
ctus mathias. oportet ergo. ad rein
tegrandū numeꝝ apoſtolicū. ex his
viris q̄ nobiſcū ſūt cōgregati in ōi
tpe: quo exiuit ꝛ intrauit inter nos
dn̄s iheſus. Ly. ſcȝ qui p experientiā
nouerūt ↄuerſationē e⁹ iheſu xp̄i. In
cipiēs a baptiſmate Iohānis vſqȝ in
diē qua aſſumpt⁹ eſt a nob̄. Ly. non
em̄ legit̄ iheſū docuiſſe publice. mira
cula feciſſe niſi poſtq̄ baptiſat⁹ fuit
a iohe. Teſtē reſurrectionis eius no
biſcū fieri vnum ex iſtis. ꝛ ſtatuerūt
duos Ly. tanq̄ magis notabiles. Io
ſeph q̄ vocatus ē barſabas qui ↄgno
minat⁹ eſt iuſt⁹. ꝛ Mathiā. Ly. licȝ
em̄ iſtos duos elegiſſent vt notabi
liores alijs. tñ ignorabant quis eoꝝ
eſſet dignior ad apoſtolatū ꝓpterea
ſup hoc implorauerūt diuinū iudiciū
. et orātes dixerūt Tu dn̄e qui noſti
corda hoīm. oſn̄de quē elegeris ex his
duob⁹. vnū accipe locum miniſterij
hui⁹ ꝛ apoſtolat⁹ de quo p̄uaricat⁹
eſt iudas vt abiret i locū ſuū ꝛ dede
rūt ſortes eis Beda ſup act⁹ aploꝫ
Mathias ante penthecoſtes ordinan
d⁹ ſorte q̄rit̄: q2 nōdū pleītudo ſpūs
ſancti in eccleſia effuſa ē Septē autē
dyaconi poſtea nō ſorte ſed electiōe
diſcipuloꝝ ſunt ordinati ꝓpter hoc ꝓ
hibet̄ rōnabilit̄ talis electio extra de
ſorti. ca. vlti. Non tñ peccauerūt apo
ſtoli elegēdo mathiā p ſortē: q2 non
dū erat ꝓhibitū Et q2 hoc fecerūt fa
miliari ↄſilio ſpūs ſci qd̄ non ē trahē
dum ad ↄſequentiā. ꝛ cecidit ſors ſu
per Mathiā. Ly. iſte ioſeph fuit ↄg
nat⁹ xp̄i. ꝛ tñ ſibi p̄poſuit Mathiam
per hoc oſtendēs q̄ ad officia eccleſi
aſtica nō ſūt hoīes ex ↄſanguinitate
promouendi. Et annumeratus eſt
cum vndecim apoſtolis.

¶ In feſto annūciationis Marie vir
ginis Iſa. xi. Text⁹

Egredietr̄ vga de radice ieſſe
ꝛ flos de radice eius aſcēdet
ꝛ requieſcet ſup eū ſpūs do
mini. ſpūs ſapie ꝛ intellectus. ſpūs
cōſilij ꝛ fortitudinis. ſpūs ſcie ꝛ pie
tatis ꝛ replebit eū ſpūs timoris dn̄i:
non ſm viſionē oculoꝝ iudicabit ne
qȝ ſm auditū aurium arguet: ſed iu
dicabit in iuſticia paupes. ꝛ arguet
in equitate ꝓ māſuetis terre. ꝛ pcu
tiet terram vga oris ſui: ꝛ ſpū labio
rum ſuoꝝ interficiet impium Et erit
iuſticia cingulū lumboꝝ eius ꝛ fides
cinctoꝝ renū ei⁹ Poſtilla

Egredietr̄ vga de radice ieſſe ꝛ c̄
Sciendū q̄ iſta ꝓphetia expoīt
ad lrām d̄ xp̄o a doctorib⁹ catholicis
iudei tamē adhuc expectāt futuꝝ qd̄
nos xp̄iani dicim⁹ eſſe impletū i xp̄o
iheſu. Et ſm hoc dr̄ hic. hec dicit dn̄s
Egredietr̄ virga de radice ieſſe. Ly.
.i. vgo maria q̄ dr̄ vga gracilis pau
pertate ꝛ hūilitate flexibilis pietate
. Et flos de radice eius deſcēdet. id ē
xp̄s qui dr̄ flos rōe puritatis. quoni
am nullū peccatum actuale ſeu origi
nale habuit in eo locū. p̄. Pe. ij. qui
peccatum nō fecit nec inuent⁹ eſt do
lus in ore eius. Et q2 ptulit fructuȝ
nr̄e ſalutis Et dr̄ aſcēdet de radice ieſ
ſe. q2 pater dauid vocat⁹ fuit eſa. ꝛ
ieſſe. xp̄s aūt deſcēdit de dauid. ꝛ re
quieſcet ſup eū ſpūs dn̄i. Ly. q2 i ba
ptiſmo eius apparuit ſpūs ſanct⁹ in
ſpecie columbe ſuper eum. Mat. iij.
Ad deſignādum plenitudinē omnis
gratie in eo. ſpūs ſapiētie. Ly. id eſt
doctor ſapiētie vel ſpūs qui ē ſapiā.

·Et intellectꝰ ·ſpūs ↄſilij ⁊ fortitudi
nis ·ſpūs ſciētie ⁊ pietatis ·Et reple
bit eū ſpūs timoris domini· Ly· Iſta
omnia dona pfectiſſime fuerūt ī aīa
xp̄i q̄ fuit pfectiſſima in oībꝰ donis
et cariſmatibꝰ ſpūſſancti· Nō ſm vi
ſionē oculoꝝ corpalium iudicabit: qꝛ
xp̄s per ſciam ſuā ↄgnoſcit oīa q̄ ſūt
fuerūt vel erunt ·quantumcunqꝫ ſūt
occulta qꝛ homo videt ea q̄ patēt de
us autē intuet̄ cor· neqꝫ ſm auditū
auriū arguet Ly·i· nō indigebit edo
ceri de veritate ab aliquo· qꝛ per ſeip
ſum ↄgnoſcit· vñ Ioh·ij· Opꝰ ei nō
erat vt q̄s teſtimoniū phibēt de hoīe
Ipſe eīm ſciebat q̄d eſſet in hoīe· Sꝫ
iudicabit in iuſticia paupes ·ſcꝫ euā
gelicos ·iudicans eos diuicijs celeſti
bꝰ dignos ·vñ Math·v· Beati pau
peres ſpū qm̄ ipſoꝝ eſt regnū celoꝝ
·et arguet in eq̄tate ꝓ manſuetis ter
re Li· q̄d fuit impletum· qñ phariſe
os arguit ꝓ apl'is quos notabāt fal
ſe de trāſgreſſiōe ſabbati ſcꝫ qñ velle
bāt ſpicas manibꝰ in die ſabbati· P
cutiet terram·i· hoīes terrenos ·vga
oris ſui·i· doctrina ſua arguēdo eoꝝ
pctā· ⁊ ſpū labioꝝ ſuoꝝ īterficiet im
pium· Ly·i· antixp̄m ſm q̄d dicit̄· p·
ad Theſſal'·ij· Et tunc reuelabit ille
iniquꝰ quem dominꝰ iheſus interficiet
et ſpū oris ſui ⁊ deſtruet illuſtratio
nem aduētꝰ ſui· ⁊ erit iuſticia cingu
lum lumboꝝ eius ⁊ fides cinctoꝝ re
num eius Ly·i· iuſti ⁊ fideles adhere
būt ſibi· ſicut cingulū ⁊ lumbale ad
herēt homini ⁊ hoc patet impletū in
apl'is · Alijs qꝫ diſcipul' ⁊ fidelibꝰ ſibi
per fidē ⁊ caritatē adherentibꝰ

Item de eodem feſto ſcōm ſecula
res Iſa·vij·

IN diebꝰ illis Locutꝰ eſt dñs
ad achas dicens pete tibi ſig
num a dño deo tuo in ꝓfun
dum inferni ſiue in excelſū ſupra ·Et
dixit achas nō petam ⁊ non tempta
bo dñm· Et dixit audite ergo domꝰ
dauid· Nunq̄d parū vob̄ ē moleſtos
eſſe hominibꝰ qꝛ moleſti eſtis ⁊ deo
meo ꝓpter hoc dabit dñs ipſe vobis
ſignū· Ecce v̄go cōcipiet ⁊ pariet fi
lium ⁊ vocabit̄ nomē eius emanuel
Butirum ⁊ mel cōmedet vt ſciat re
probare malū ⁊ eligere bonū

Poſtilla

IN diebus illis Locutus eſt dñs
ad achas dicens ⁊c̄· Iſta ſcrip
tura Iſaie ꝓphete loquit̄ de dño nrō
iheſu xp̄o· vnde dr̄· in diebꝰ illis ·ſcꝫ
quādo yſaias ꝓphetauit· Locutꝰ eſt
dominꝰ ·p iſaiam ꝓphetā· ad achas
qui fuit ydolatra peſſimus ⁊ regnuit
xvi· annis in iheruſalē· Cui yſa· ꝓphe
ta p̄dixit liberationē populi ⁊ poten
tiam duoꝝ regum ſcꝫ regis Syrie ⁊
regis Samarie p quā liberationē fi
gurabat̄ vera liberatio generis hūa
ni de ptāte hoſtis antiq̄· Verūtamen
qꝛ achas credere noluit· tūc dixit iſa
ias · pete tibi ſignū· Li· liberationis
tue ⁊ ppl'i tui ab hoſtibꝰ ·a dño deo
tuo Li· ⁊ nō ab ydolis q̄ tu colis ·in
ꝓfundū inferni· ſcꝫ vt aliq̄s reducat̄
ab inferis ⁊ annūciet tibi ſicut factū
fuit in trāſfiguratione dn̄i qñ venit
moiſes ab inferis ⁊ apparuit cū helia
qui adhuc ē in paradiſo· Siue in excel
ſum ſupra· Ac ſi dicat vis habere ſig
num de celo ſicut habuit Ezechias
rex quando ſol decem lineis regreſ
ſus eſt· ⁊ tempore Ioſue· quando ſol
et luna ſteterunt in bello gabaon·
⁊ dixit achas non petam· Siquidem
achas ſignum petere renuit· Ne in
ſigno glorificaretur dominus· ⁊ vi
lipenderentur ydola que colebat· ⁊
ideo dixit· Non petam ⁊ vt excuſatio
nem haberet non petendi ſubiunxit
·et non temptabo dominum· ac ſi

diceret. ſi peterē ſignū temptarē deū
et facerē ɔtra legē que dr Mat. iiij.
Nō temptab dnm deū tuū. Sz ex quo
miſſus fuit petere debuiſſet. Tn̄ alia
trāſlatio hz. Non petā ⁊ nō exaltabo
dn̄m. q. d. Nullo vt dato ſigno exal
terē de9. ꝓpter qḋ yſaias ꝓpheta intu
lit dicēs. Audite ergo dom9 dauid.
q. d. Rex non vult audire audiatis
vos dom9 dauid. nunq̄d parū vobis
eſt moleſtos eē hominib9. i. ꝓphetis
quos ſepe moleſtabāt deridēdo. affli
gēdo. ⁊ occidēdo. vtz. iiij. Re. ⁊. ij.
li. palip. in plurib9 locis. Quia mo
leſti eſtis ⁊ deo meo. ſcz ſignū ab eo
oblatū rēnuēdo ne nomē eius glori
ficet. ꝓpter hoc. ſcz ad declarationez
nominis ſui ꝑncipalit. dabit dn̄s ipē
vobis ſignū. ſcz liberatiōis vr̄e ꝙuis
ſitis ingrati: qꝛ de9 multa bona facit
iniuſtis ⁊ ingratis. vt dr Math. v.
Pater veſter celeſtis ſolem ſuū oriri
facit ſup bonos ⁊ malos ⁊c. Ecce v
go cōcipiet ⁊ pariet filiū. Ly. btā v
go maria a ꝓphetis denūciata q̄ cōce
pit ⁊ ꝑpit manēs vgo. Et vocabit
nomē eius emanuel. qḋ eſt interp̄ta
tū nobiſcum de9. Butirū ⁊ mel come
det. Ly. hoc dr ad denotandū veram
eius humanitatē: qꝛ talib9 nutrit hō
maxime i puericia. vt ſciat reproba
re malū ⁊ eligere bonū. Ly. xps ab
infantia ſua habuit plenitudinē ſcie
ad reprobandū malū. ⁊ eligendū bo
num. Nam ipſi9 xp̄i infātia nō minu
it eius ſapiam. Nec pl9 ſciuit adult9
q̄ puul9: ſed plus oſtēdit ſapiaz ſuā
adult9 q̄ puulus Text9.

¶ In feſto apoſtolorum Philippi ⁊
Jacobi. Sapiētie. v.

STabūt iuſti in magna ɔſtā
tia aduerſus eos qui ſe angu
ſtiauerūt ⁊ q̄ abſtulerūt la
bores eoꝝ. Videtes turbabūtur timo
re horribili. ⁊ mirabūtur in ſubitatō
ne inſperate ſalutis dicētes intra ſe
pn̄iam agētes. ⁊ pre anguſtia ſpūs
gemētes. Hij ſūt quos aliqn̄ habui
m9 in deriſū ⁊ in ſimilitudine impro
perij Nos inſenſati vitā illoꝝ eſtima
bam9 īſamiā ⁊ finem illoꝝ ſine hono
re. Ecce quō ɔputati ſūt inter filios
dei ⁊ int̄ ſcōs ſors illoꝝ ē Poſt.

STabūt iuſti in magna ɔſtātia.
⁊c. Ly. ſcz tēpe iudicij in mag
cōſtantia: qꝛ pfecti cū xp̄o iudicabūt
. aduerſus eos qui ſe anguſtiauerūt
Li. inferēdo nocumentū eis in perſo
nis. ⁊ qui abſtulerūt labores eoꝝ.
eis nocēdo in reb9 tpalib9. videtes
aūt turbabūtur timore horribili. Et
mirabūtur in ſubitatione inſperate
ſalutis dicētes Li. qꝛ videbūt iuſtos
glorioſos in corpore ⁊ anima qḋ nō
crediderant futurū. Et pre anguſtia
ſpūs gemētes intra ſe pn̄iaz agētes
ſcz ſine fructu. tum qꝛ ſunt extra ſta
tum meriti ⁊ demeriti. tum qꝛ nō do
lent ꝓpter offenſam dei: ſed ꝓpter pe
nas inferni. Hij ſūt quos aliquando
habuim9 in deriſum. ſcz in pn̄ti vita
. Et in ſimilitudinem improperij Li.
quia improperātes aliquib9 ponebāt
xp̄ianos i exemplum. dicētes. ita mi
ſer fias ſicut talis xp̄ianus vel iuſtus
. Nos inſenſati. Li. per ignorātiam fu
turorum bonorum. vitā illorum eſti
mabamus inſaniam. eo q̄ cōtemne
bant temporalem felicitatem ⁊ pro
ſperitatem. ⁊ finem illorum ſine ho
nore. quia moriebantur in contemp
tu preſentis vite. quomodo compu
tati ſunt inter filios dei. id eſt inter
angelos. ⁊ inter ſanctos ſors illoruz
eſt. ad quorum cōſortium tunc erūt
aſſumēdi cū corpe ⁊ anima.

¶ In feſto inuentionis ſancte crucis
ad Gala. v. Text9

COnfido de vobis in domino
q̄ nihil aliud ſapiatis. Qui

aūt ꝯturbāt vos portabit iudiciū quicūq; eſt ille. Ego aūt fr̄es ſi circū ſciſionē adhuc p̄dico quid adhuc ꝑ ſecutionē patior. Ergo euacuatum ē ſcandalū crucis vtinā ⁊ abſcidant̄ q̄ vos cōturbāt. Quicūq; em̄ volūt pla cere ī carne hij cogūt vos circūcidi tantū vt crucis xp̄i pſecutionē nō pa tiant̄ neq; em̄ qui circūciduntᷣ legez cuſtodiunt ſed volunt vos circūcidi vt in carne veſtra glorient̄. Mihi āt abſit gl'ari niſi in cruce dn̄i nr̄i iheſu xp̄i per quē mihi mūdus crucifixꝰ eſt ⁊ ego mūdo.

Poſtilla

Confido de vobis in dn̄o ꝙ ⁊c. Galathe ſūt greci ⁊ iſti ſeducti erāt a via veritatis ꝑ falſos apl'os q̄ p̄dicabāt ſimul circūciſionē cū euan gelio eſſe neceſſariā ad ſalutez. Et il los apl's paulꝰ in p̄ñti ep'la reuocat ad viā veritatis. d. Fr̄es. Cōfido de vobis Lyra. ꝙ ꝑ meā monitionē meā vos corrigatis. ī dn̄o. i. ꝑ adiutorium dei. ꝙ nihil aliud ſapiatis. niſi veritatē euāgelij quā p̄dicaui vob̄. q̄ aūt con turbat vos Lyra. aſſerēdo ꝙ ſine circū ciſiōe ſaluari nō poteritis. portabit iudiciū. Gloſa. i. ſuſtinebit ꝯdemnatio nē. quicūq; eſt ille. i. quantꝰ cūq; ſit. ego aūt fr̄es ſi circūciſionē adhuc predico. Lyra. dicēdo ꝙ neccāria ſit ad ſalutē. quid adhuc pſecutionē patior ſcz a iudeis. q. d. nō paterer ſi ita eſ ſet. qꝛ ꝓ nulla re pſequūtur me iudei. niſi hac de cā ⁊c. ergo euacuatū eſt ſcandalū crucis. i. ſcandalū quo iudei in mea p̄dicatione ſcādaliſabant̄. qꝛ iudei nō ſcādaliſabant̄ de paulo p̄di cāte iheſū nazarenū crucifixū fuiſſe: ſed qꝛ p̄dicabat eum verū xp̄m eſſe ⁊ circūciſionē euacuaſſe. vt abſcidant̄ Lyra. i. totalit̄ a vobis ſeparent̄. q̄ vos cōturbāt. dicētes ꝙ circūciſio ſit vo bis neceſſaria ad ſalutē. Quicūq; ei volūt placere. ſcz iudeis. in carne. in legalibꝰ obſeruātijs. hij cogūt vos circūcidi Lyra. i. ad hoc vos inducūt. tm̄ ſuppleᷣ hoc faciūt. vt crucis xp̄i pſecu tione. Gloſa. i. pſecutionē que ꝓ p̄dica tione crucis xp̄i infert̄. nō patiant̄. ſ. a iudeis qui pſeq̄bant̄ p̄dicatores cru cis. neq; em̄ q̄ circūcidunt̄ Lyra. ſ. fal ſi apl'i. legē cuſtodiunt. qꝛ in multis trāſgrediebant̄. Sed volūt vos circū cidi vt in carne v̄ra gl'ient̄. ſcz apd̄ iudeos de v̄ra circūciſione iactādo ſe ꝙ multos ꝓſelitos legis fecerūt. Mi hi aūt abſit gl'ari niſi ī cruce dn̄i nr̄i iheſu xp̄i. Lyra. i. in fide ⁊ p̄dicatiōe xp̄i crucifixi. ꝑ quē. ſcz xp̄m crucifixū. mi hi mundꝰ crucifixus ē. Lyra. i. ꝯcupiſcē tia mūdi eſt mortua nullā v̄tutē ha bens in me. ⁊ ego mūdo. qꝛ amplꝰ nihil mūdanū q̄ro.

Textꝰ

In feſto ſancti Johannis baptiſte Iſaie. xlix.

Audite inſule ⁊ attēdite ꝑl'i de longe dn̄s ab vtero voca uit me: de ventre mr̄is mee recordatꝰ eſt nominis mei. Et poſuit os meū q̄ſi gladium acutū in vmbra manꝰ ſue ꝓtexit me ⁊ poſuit me q̄ſi ſagittā electā in pharetra ſua abſcō dit me ⁊ dixit mihi ſeruꝰ meus es tu iſrl' qꝛ in te gloriabor. Et ego dixi in vacuū laboraui: ſine cā ⁊ vane forti tudinē meā ꝯſūpſi. Ergo iudiciū me um cū dn̄o ⁊ opꝰ meū cum deo meo et nūc dicit dn̄s formās me ex vtero ſeruū ſibi. Ecce dedi te in lucē gētiū vt ſis ſalꝰ mea vſq; ad extremū t̄re Reges videbūt ⁊ cōſurgēt p̄ncipes et adorabūt ꝓpter dn̄m deum tuū ⁊ ſanctum iſrahel qui elegit te.

Poſtilla

Audite inſule ⁊ attēdite p̄o. ⁊c. Añ inicium illiꝰ ꝓphetie habet̄. ꝙ cum educēt dn̄s filios iſrl' de egipto Aquā de petra ꝓduxit eis in deſerto et ſcidit petrā ⁊ fluxerūt aque. Non

eſt pax ipſis dt dñs Tūc ſtatim ſeq̄uū
tur pñs lectio q̄ principalit̄ exponit̄
de xp̄o. hec dicit dñs. Audite inſule.
Glo. or. ſub inſularū noīe alloquitur
dñs deꝰ in pſona filij eccleſias de gēti
bus collectas. ⁊ attēdite pp̄l'i de lon
ge. i. ab extremis terre. dñs ab vtero
vocauit me. Et de vētre matris mee
recordatꝰ eſt nominis mei. Li. hoc dr
in perſona xp̄i hōis de quo adhuc exn̄
te in vtero matris dixit dñs p ange
lum ſuū ad ioſeph. Lu. p. Vocab no
men eius iheſū. Ipſe em̄ ſaluū faciet
populū ſuū a pctis eorū. ⁊ poſuit os
meum q̄ſi gladium acutū. Li. in quo
notat̄ efficacia verbi xp̄i ad extirpā
dum vicia. in vmbra manꝰ ſue. i. ptā
tis ſue. ptexit me. nō em̄ fuit captꝰ
a iudeis niſi quādo voluit ⁊ ſe ſpōte
obtulit. vt; Joh. xviij. dixi vobis q̄
ego ſum. ſi ergo me q̄ritis ſinite hos
abire. ⁊ poſuit me ſicut ſagittam ele
ctam. in hebreo habetur claram. i. lu
natam. p hoc intelligit̄ puritas ⁊ cla
ritas doctrine xp̄i. in pharetra ſua.
id eſt in ſua prudētia. abſcondit me
id ē vſq; ad tempꝰ reuelationis mee
. et dixit mihi ſeruꝰ meꝰ es tu. rōne
humanitatis in qua accepit formam
ſerui. vt; Philip. ij. Semetipſum exi
naniuit formā ſerui accipiēs. iſrl' ſic
nominat̄ xp̄us. q̄ de populo iſrl' na
tus. q̄ in te gloriabor. per miracula
diuine poteſtatis ⁊ excellētie demon
ſtratiua. ⁊ nūc dicit dominꝰ formās
me ex vtero ſeruū ſibi. Li. q̄ ab iſtā
ti in icarnatione fuit diuinitꝰ corpꝰ
xp̄i formatum ⁊ animatum ⁊ ſic ex
tūc perfectꝰ fuit xp̄s omnibꝰ ſciētijs
et cariſmatibꝰ. dedi te in lucem gen
tium. Li. ⁊ hoc per ſuſceptionez lumi
nis fidei. vt ſis ſalus mea. id eſt a me
miſſa ⁊ data. vſq; ad extremum ter
re. Li. ⁊ hoc modo dixit xp̄s apoſtol'
Act. i. Eritis mihi teſtes in iheruſalē
et in omni iudea ⁊ ſamaria vſq; ad
vltimum terre. Reges videbūt. Li.
mirabilia in virtute nominis chriſti
fienda per apoſtolos ⁊ per eorum ſuc
ceſſores. ⁊ cōſurgent principes. ad
ſtatuz fidei chriſtiane quod maxime
patuit tempore conſtantini. ⁊ adora
bunt dominū deum tuū ⁊ ſanctum iſ
rael. ſcz deum patrem. qui elegit te
Li. ſcilicet chriſtum hominē ad opꝰ
redemptionis humane

¶ In feſto beatorū Petri ⁊ Pauli
apoſtolorum. Actuum. duodecimo.

Textus.

MIſit herodes rex manꝰ vt af
fligeret quoſdam de eccleſia
Occidit autem iacobum fra
trem iohānis gladio vidēs autem q̄
placeret iudeis appoſuit apprehēdere
et petrum. Erant autem dies azimo
rum. Quem cum apprehendiſſ; miſit
in carcerem tradenſq; eum quatuor
quaternionibꝰ militum cuſtodiendū
volens poſt paſca producere eum po
pulo Et petrꝰ quidem ſeruabatur in
carcere oratio autez fiebat ſine inter
miſſione ab eccleſia ad deum pro eo
Cum autem producturꝰ eum eſſet he
rodes. In ipſa nocte erat petrus dor
miens inter duos milites vinctus ca
thenis duabus cuſtodes ante oſtium
cuſtodiebāt carcerem. Et ecce ange
lus domini aſtitit ⁊ lumen refulſit in
habitaculo percuſſoq; latere petri ⁊
excitauit eum dicens. Surge veloci
ter ⁊ ceciderūt cathene de manibus
eius. Dixit autem angelus ad eum.
precingere ⁊ calcia te caligas tuas
et fecit ſic ⁊ dixit illi. Circumda tibi
veſtimentum tuum ⁊ ſequere me ⁊
exiens ſequebatur eum ⁊ neſciebat
quia verum eſt quod fiebat per an
gelum. Exiſtimabat autem ſe viſum
videre. Tranſeuntes autem primam
et ſecundam cuſtodiam venerūt ad

portā ferream q̄ ducit ad ciuitatē ꝗ
vltro apta eſt eis . ⁊ exeūtes ꝓceſſe
rūt vicū vnū. Et ꝯtinuo diſceſſit ab
eo angelꝰ . ⁊ petrꝰ ad ſe reuerſus di
xit . nunc ſcio vere quia miſit dn̄s an
gelū ſuum ⁊ eripuit me de manu he
rodis ⁊ de omni expectatōne plebis
iudeorum .

## Poſtilla

Miſit herodes rex manus vt affli
gēt ⁊ c̄. Añ iniciū illiꝰ lectio
nis ſcribit ſcūs Lu. ꝙ ſcūs paulꝰ ⁊ ſā
ctus barnabas p̄dicauerūt in anthio
chia ꝑ integꝝ annū ⁊ docuerūt mul
tam turbā . ita vt ꝯgnominarent̄ ꝑ
mū antiochie diſcipuli xp̄iani Li. Añ
eni credētes in xp̄m vocabant̄ tm̄ di
ſcipuli . Sed tūc ceperūt noīari xp̄ia
ni a xp̄o . In hys autē diebꝰ ſupuenē
rūt ab iheroſolimis ꝓphete antiochiā
et ſurgēs vnꝰ ex eis nomine Agabꝰ
ſignificabat ꝑ ſpūm ſcūm famē ma
gnam futurā in vniuerſo orbe terra
rū . Que facta ē ſub claudio ceſare .
Diſcipuli aūt ꝓut quiſqȝ hēbat ꝓpo
ſuerūt ſinguli in miniſterium eorum
mittere habitātibꝰ ī iudea fribꝰ Li .
Fuerāt eni bonis tēpalibꝰ ſpoliati in
perſecutōe q̄ mota fuit in morte Ste
phani . ꝓpter qđ indigebant ab alijs
credētibꝰ auxiliari maxīe tp̄e famis
Qđ ⁊ fecerūt mittētes ad ſeniores .
ſcȝ curam multitudīs hn̄tes ꝑ manꝰ
Barnabe ⁊ pauli . Tūc ſtatim ſequi
tur pn̄s lectio . in diebꝰ illis Miſit he
rodes rex. Pro intellectu lr̄e . Sciēdū
ꝙ tres fuerūt herodes ī iudea de qui
bꝰ ſcriptura facit mētionē . Primꝰ
fuit herodes ꝺ aſcalonita . ⁊ iſte fuit
inſtitutꝰ rex iudee a romanis cuiꝰ pꝛ
fuit ꝓdimeꝰ . Et tp̄e iſtius herodis
natus ē xp̄s ⁊ iſte herodes occidit pu
eros innocentes . vt habet̄ Mat . ij .
Secūdꝰ vocatꝰ fuit herodes antipas
Et iſte decollauit iohannē baptiſtā .
Terciꝰ vocatus fuit agrippa . ⁊ licet
iſte in p̄ncipio fuerit pauꝑ tn̄ poſtea
fauentibꝰ ſibi duobꝰ imꝑatoribꝰ ro
manis . ſcȝ gaigo ⁊ claudio fuit ele
uatꝰ ad regnū . Et iſte de roma veni
ens in iudeā honorifice valde fuit re
ceptꝰ a iudeis . ꝓpter qđ in fauorē eo
rū occidit Iacobū frēm Iohis . ⁊ in
carcerauit petꝝ . vn̄ ꝟſus . Aſcaloni
ta necat pueros antipa iohannem .
agrippa iacobū claudēs in carcē Pe
trū . ⁊ hoc ē qđ dicit̄ in p̄ncipio pn̄tis
lectōis . In diebꝰ ill' . Miſit herodes
rex manꝰ .i. ꝑtātē ſuā . vt affligeret
quoſdā de eccleſia . ſupple credentiū .
Occidit aūt Iacobū frēm Iohānis
gladio . Nō ſolū xp̄ianos afflixit: ſed
eciā occidit. vidēs aūt ꝙ placeret iu
deis . ſcȝ occiſio iacobi . appoſuit app̄
hendē ⁊ petꝝ . Glo . or . ꝙ plus place
ret iudeis ſi p̄nceps occideret̄ . erant
aūt dies azimoꝝ . Li . qn̄ apprehēdit
petꝝ . ⁊ hoc addit̄ ad ſignificandum
cām . q̄re nō ſtatim occidit petꝝ ſicut
fecerat de iacobo: volebat enim expe
ctare trāſitū ſolēnitatis paſcalis . in
qua iudei ſeptē diebus veſcūtur pani
bꝰ azimoꝝ ⁊ eciam ꝙ nō licebat ī pa
ſca quenq̄ȝ occidē . Quē cū apprehen
diſſet miſit in carcerē . Li . ne poſſȝ ef
fugere . Tradens eum q̄tuor q̄ternio
nibꝰ militū cuſtodiēdum . Qꝛ autem
quaternio qui habet q̄tuor milites
ſub ſe ſicut centurio q̄ habet centum
. volēs poſt paſca ꝓducere eū ꝑplo .
Li .i. exponē morti ꝓ volūtate ꝑplī . ⁊
petrꝰ quidē ſeruabat̄ ī carcē . Oratio
aūt fiebat ſine intermiſſiōe ab eccia
ad deū ꝓ eo . Li . vt xp̄s adhuc in vi
ta ſeruaret ſuū vicariū . Cū aūt ꝓdu
cturꝰ eū eſſet herodes . ſcȝ de carcere
vt occideret̄ . ī ipſa nocte . imediate p̄
cedēte erat petrꝰ dormiēs int̄ duos
milites . vinctꝰ cathenis duabꝰ ⁊ cu
ſtodes ante oſtium cuſtodiebāt car
cerem . Li . petrꝰ ita cuſtoditꝰ fuit ꝙ

nō patebat ei euaſio via hūana. Sꝫ
qꝛ deficiēte humano ſubſidio ſolꝫ ad
eſſe diuinū. ideo ſubdit̄. Et ecce āge
lus dn̄i aſtitit. ad petri liberationeꝫ
. et lumē refulſit i habitaculo. carce
ris ſcꝫ ad eius ↄſolationē. percuſſoqꝫ
latere petri excitauit eū di. Surge ve
lociter ⁊ ceciderūt cathene de maibꝰ
eius. dixit aūt angelꝰ ad eū precingē
te Li. vt ſis aptꝰ ad ambulandū ſ̄re
ſoluerat eīn petrꝰ cingulū ſuū. vt ve
ſtis poſſet pedes cooperire ↄtra frigi
ditatē carceris. ⁊ calcia te caligas
tuas Li. eſt aūt caligagenꝰ calciamē
ti non h̄ntis coreū ſup pedes. Et fecit
ſic ⁊ dixit illi. Circūda tibi veſtimen
tū tuū ⁊ ſeq̄re me. ⁊ exiēs ſeq̄bat̄ eū
⁊ neſciebat qꝛ verū eſt qđ fiebat per
angelū. eſtimabat ſe viſū videre Li.
Fortitudo enim carceris ⁊ diligēs cu
ſtodia fecerant ſibi imaginationē de
euadēdi impotētia ꝓpter qđ rē geſtā
ſomniū eſtimabat. Trāſeūtes autēꝫ
primā. Glo. or. Primū quaternionē
cū ſuis. ⁊ ſecundā cuſtodiā. i. ſecūdū
quaternionē cū ſuis. Qui oēs erant
oppreſſi ſomno. venerūt ad portā fer
reā. Li. erat exterior porta carceris
. que ducit ad ciuitatē que vltro ap
ta ē eis. v̾tute diuina vel āgelica. ⁊
exeūtes pceſſerunt vicū vnū. ad ma
iorē petri aſſecurationē. ⁊ cōtinuo di
ſceſſit ab eo angelꝰ. ſubito diſparē
do. ⁊ petrꝰ ad ſe reuerſus dixit. nūc
ſcio vere qꝛ miſit dn̄s angelū ſuū ⁊
eripuit me de manu herodis. ⁊ de oī
expectatione plebis iudeorū. Li. tunc
enim percepit qđ non erat ſomniū ſed
res geſta.

¶ In feſto viſitationis virginis ma
rie. Canticorum ſecundo.

Textus.

Ecce veniet ſaliēs in mōtibꝰ.
tranſiliēs colles Similis ē di
lectꝰ meꝰ capre hinuloqꝫ cer

uorū En ipſe ſtat poſt parietē noſtrū
reſpiciēs per feneſtras ꝓſpiciēs p cā
cellos. En dilectꝰ meus loquit̄ mihi.
Surge ꝓpera amica mea. columba
mea. formoſa mea ⁊ veni. iam enim
yems trāſijt ymber abijt ⁊ receſſit.
Flores apparuerūt in t̄ra noſtra tps
putatiōis aduenit. Vox turturis au
dita ē in terra nrā Ficus ꝓtulit groſ
ſos ſuos. vinee florētes dederūt odo
rē ſuū. Surge ꝓpera amica mea. ſpe
cioſa mea ⁊ veni colūba mea in fora
minibꝰ petre i cauerna macerie Oſtē
de mihi faciē tuā. Sonet vox tua i au
ribꝰ meis Vox ei tua dulcis ⁊ facies
tua decora.

Poſtilla

Ecce venit ſaliens in montibus
tranſiliens colles. Similis eſt
⁊c. Ante inicium illius lectionis ha
betur in eodem capitulo. Leua eius
ſub capite meo et dextera illius am
plexabitur me. Tunc ſequitur pre
ſens epiſtola. Ecce iſte venit ſaliens
in montibus tranſiliens colles. Glo
ſa. de ſinu patris in vterū virginis.
de vtero virginis in preſepium. de
preſepio in mundum. de mundo in
patibulum. de patibulo in ſepulchrū
de ſepulchro econuerſo in mundum.
et de mundo ad patris dexteram. ſi
milis eſt dilectus meus capre. prop
terea viſum acutum. quia tantum acu
men habet in videndo qꝫ a remotis
vidit venatorem venientem ⁊ loca
alta aſcendit. ⁊ a venatore non vi
detur: ſed venatorem videt. Sic ſpi
ritualiter deꝰ cuncta videt. vt habe
tur Hebreorum quarto. Omnia nu
da ſunt ⁊ aperta oculis eius. hinulo
qꝫ ceruorum. id eſt fetui cerui vel ca
pre propter velocitatem. Hinulus
enim qui ſe cornibus non poteſt de
fendere. et ideo fugit inſequentes
q̄ diu pōt. en ipſe ſtat poſt parietem
noſtrum. id eſt carnem aſſumendo

diuinitas em̄ latet ĩ hũanitate. reſpi
ciēs per feneſtrā .i. ꝑ apl'os illumiñā
tes eccleſiā Sicut ꝑ feneſtram radiꝰ
ſolis illuminat domum. ſic xp̄s ꝑ apo
ſtolos eccleſiā illuminauit. ꝓſpiciēs
.i. de lõge aſpiciēs. ꝑ cācellos .i. per
p̄triarchas eccleſiā illumiñādo. Sicut
per foramē magnū trāſit magnū lu
mē. ⁊ per puū foramē puū lumē trā
ſit. Sic ꝑ apl'os ſicut ꝑ feneſtras ma
gnas magnū lumē in eccleſia luxit ꝑ
patriarchas paꝝ de lumine tranſit. ſi
cut per pua foramina q̄ cancelli dicū
tur. ſũt em̄ cācelli pua foramina i fe
neſtra v̓gulata ꝑ v̓gas cācellatas ꝑ
quas modicū de lumine trāſit. en di
lectꝰ meus .i. xp̄s. loquit̄ mihi ſurge
ſcz ab ocio. ꝓpera. q2 via in q̄ es peri
culoſa ē. amica. per caritatis latitudi
nem. colūba mea. ꝑ intēcionis recti
tudinem. formoſa mea. ꝑ moꝝ hone
ſtatem. ⁊ veni. ſcz in tuam recreatio
nē. Iā em̄ hyemps trāſijt .i. ꝯgelatō
paganoꝝ nolentiū fidem recipe. ym
ber abijt ⁊ receſſit .i. tyrānoꝝ pſecu
tio. flores apparuerũt .i. odores bono
rū opm. in terra nr̄ā. id ē in eccleſia
. tp̄s putatiōis aduenit. id ē tp̄s ad
reſecandū vicia. vox turturis. id eſt
ſp̄us ſci. audita ē in terra nr̄ā. id eſt
in cordibꝰ electoꝝ: q2 ſicut turtur in
occulto cantat ⁊ in cantu gemit. ſic
ſp̄us ſcūs occulta reuelat ⁊ aiam in
qua habitat gemere facit ꝑ pĩaꝫ. fi
cus ꝓtulit groſſos ſuos. Ficus em̄ ꝑ̓
mo ꝓfert fructꝰ inutiles. Scd̄o vero
vtiles ⁊ maturos. ſic ſimilit̄ ſynago
ga ꝑ̓mo ꝓtulit fructꝰ immaturos ⁊
inutiles. Deinde xp̄m ⁊ apl'os tanq̄
fructꝰ maturos ⁊ vtiles nobis mini
ſtrauit. vinee florētes. id ē eccleſie
ꝑticulares v̓tutibꝰ ſuis dederũt odo
rē ſuū. ſurge ꝓpera amica mea. ſpe
cioſa mea. ⁊ veni colūba mea in fora
minibꝰ petre. id ē xp̄i vulneribꝰ. In
cauerna macerie. id ē lateris xp̄i vul
nere. Oſtēde mihi faciē tuam. id eſt
ꝯuerſationē tuā non alienā ſicut ipo
crite. ſonet vox tua. id eſt p̄dicatio
tua. in auribꝰ meis. ſcz honorē meū
. vox em̄ tua dulcis. id ē p̄dicatio tua
. ⁊ facies tua decora. ſcz quādo p̄dica
tioni correſpõdet vita.

## In feſto beate marie magdalene

Prouerb. xxxi. Textꝰ

Mulierem fortem quis inueni
et ꝓcul ⁊ de vltimis finibus
preciū eius Cõfidit in ea cor
viri ſui ⁊ ſpolijs nõ indigebit. Red
det ei bonū ⁊ nõ malum omnibꝰ die
bꝰ vite ſue. Queſiuit lanam ⁊ linum
et opata ē ꝯſilio manuū ſuaꝝ. Facta
eſt q̄ſi nauis iſtitoris de lõge portās
panem ſuū. De nocte ſurrexit: dedit
q̄ꝫ predā domeſticis ſuis. ⁊ cibaria
ancillis ſuis Cõſiderauit agꝝ ⁊ emit
eum: de fructu manuū ſuaꝝ plātauit
vineā. Accinxit fortitudine lūbos ſu
os ⁊ roborauit brachium ſuū. guſta
uit ⁊ vidit q2 bona ē negociatio eiꝰ
nõ extinguet̄ in nocte lucerna eius.
Manū ſuā miſit ad fortia ⁊ digiti ſui
apprehenderunt fuſū. Manū ſuā ap
ruit inopi. Et palmas ſuas extendit
ad pauperē. Non timebit domui ſue
a frigoribꝰ niuis: oēs em̄ domeſtici
eius veſtiti ſũt duplicibꝰ Stragulatā
veſtem fecit ſibi biſſus ⁊ purpura ve
ſtimētum eius Nobilis in portis vir
eius quādo ſederit cum ſenatoribus
terre Sindonē fecit ⁊ vendidit ⁊ cin
gulū tradidit chananeo. Fortitudo
et decor indumentum eius ⁊ ridebit
in die nouiſſimo Os ſuum aperuit ſa
piētie ⁊ lex clemētie in lingua eius
Conſiderauit ſemitas domꝰ ſue ⁊ pa
nem ocioſa nõ comedit. Surrexerũt
filij eius ⁊ beatiſſimā predicauerũt:
vir eius ⁊ laudauit eam Multe filie
cõgregauerũt diuitias tu ſupgreſſa

es vniuerſas Fallax gratia ⁊ vana ē
pulchritudo: mulier timēs dn̄m ipſa
laudabit̄ Date ei de fructu manuum
ſuaꝝ: ⁊ laudēt eā in portis opa eiꝰ.
MVlierē fortē q̄s Poſtilla.
inue. ⁊c. Añ imiaū lilius lectio
nis locutꝰ eſt ſpūſſcūs p ſalomonem
di. Aperi oſtiū decerne qđ iuſtum ē
et iudica pauperē Ly. i. exeqre iuſti
ciam p paupibꝰ qn̄ hn̄t iuſtā cauſā.
Tūc ſequit̄ epl'a pn̄s. Mulierē fortē
quis inueniet. In iſta epl'a ponit̄ cō
mēdatio fortis mulieris ⁊ doctores
catholici ꝯmunit̄ dicūt ꝙ p mulierē
fortē intelligit̄ ſacra ſcptura ⁊ hanc
expoſitionē ꝓſequit̄ Nico. de ly. ſup
pn̄tē epl'aꝝ di. Mulierē fortē. i. ſacrā
ſcripturā q̄ ꝯtinet ſiñam ⁊ inuiolabi
lē veritatē. q̄s iueniet. q. d. pauci at
tingūt ad eiꝰ plenā noticiā: pau ⁊ de
vltimis finibꝰ p̄ciū eius. Cōfidit i ea
cor viri ſui. ſcʒ de bono p̄mio recipien
do. ⁊ dr̄ hic vir eiꝰ doctor bonꝰ. in cu
iꝰ pſona dr̄ Sap. viij. hāc amaui ⁊
exq̄ſiui a iuuētute mea. ⁊ q̄ſiui ſpon
ſā aſſumē. ⁊ ſpolijs nō indigebit. qꝛ
in p̄mio duplicē ſtolā hēbit ſcʒ ſtolā
corpis ⁊ ſtolā aīe reddit ei. ſcʒ ſpon
ſo tali. bonū ⁊ nō malū i oibꝰ diebꝰ
vite ſue. ſcʒ bonū grē in pn̄ti. ⁊ gl'e i
futuro. q̄ſiuit lanā ⁊ linū. ⁊ opata ē
cōſilio manuū ſuaꝝ. p lanā ⁊ linū in
telligunt̄ hic dicta ſcōꝝ doctoꝝ ad
declarationē veritatis ſacre ſcpture
. facta eſt q̄ſi nauis inſtitoris de lōge
portās panē ſuū Ly. ſicut em̄ in naui
inſtitoris portant̄ diuerſa vite hūa
ne neceſſaria. Sic i ſacra ſcptura ꝯti
nent̄ oīa neceſſaria ad ſalutē. de no
cte ſurrexit. i. ſurgē facit Amor em̄ ſa
cre ſcpture inducit doctores bonos
et diſcipulos ad ſurgendū de nocte
p ſtudio ⁊ orōne. deditqꝫ p̄dā dome
ſticis ſuis. ⁊ cibaria ācill' ſuis. In he
breo hēt̄ annonā. qꝛ ſacra ſcriptura
reficit oēs ſtudētes in ea fideliť ⁊ dili
genter ꝯſiderauit agꝝ. ager iſte eſt
diſciplina ſtudij celeſtis. vt dr̄ Gre
go. omel'. xxxvij. ⁊ emit eū. i. emi fe
cit a ſtudētibꝰ ⁊ per donationem car
nis redigēdo eam in obſequiū ſpūs
. de fructu manuū ſuaꝝ plantauit vi
neam. i. exemplo vite. ⁊ v̄bo doctri
ne facit fidelium multiplicationē. qui
ſūt palmites vinee domini. vt dicit
Gre. omel'. vij. accinxit fortitudine
lumbos ſuos. i. accingi facit lumbos
ſtudiorum cingulo caſtitatis. ⁊ ro
borauit brachium ſuū. per ml'tiplica
tionem boni opis. guſtauit ⁊ vidit.
ꝙ bona eſt negociatio eius Ly. p ex
periētiam dulcedinis ex ſtudio ſacre
ſcripture reſultātis. nō extinguetur
in nocte. i. in morte. lucerna eius. i.
claritas ſue noticie. ſed magis auge
bit. manum ſuam miſit ad fortia. in
hebreo habet̄ ad vertebꝝ qđ eſt quī
dam circulꝰ aliquantulꝰ ponderoſus
in inferiori pte fuſi poſitꝰ vt recte ⁊
ordiate ⁊ expedite vertat̄: ⁊ huic di
cto cōſonat qđ ſubdit̄. ⁊ digiti eius
apprehenderūt fuſū. p vertebꝝ hic in
telligit̄ recta intētio opꝰ dirigēs ma
num ſuam aperuit inopi. ⁊ palmas
ſuas extēdit ad pauperem. Ly. ſcrip
tura enim ſacra quaſi vbiqꝫ inducit
ad opa miſericordie. nō timebit do
mui ſue a frigoribus niuis. i. a pena
gehenne. ſm qđ dicit rabi ſalo. alle
gās illud Iaco. xxiiij. ab aquis niuiū
tranſiūt ad calorē nimiū. ⁊ loquitur
ibi de homine dānato. oēs em̄ dome
ſtici eius. i. boni doctores ⁊ diſcipuli
. veſtiti ſūt duplicibꝰ. i. virtutibꝰ in
tellectualibꝰ ⁊ moralibꝰ que ſunt ve
ſtes anime. ſtragulatam veſtem. id
eſt diuerſis coloribus intextam. facit
ſibi. qꝛ ſacra ſcriptura de oi genere
virtutū ⁊ donorum tractat ⁊ ad ea
inducit. byſſus. ſcilicet caſtitatis.

et purpura · caritatis · īdumētū ei⁹ ·
id ē vere ſtudentiū in ea · ſcīa piē ⁊
vita · nobil' in portis vir ei⁹ .i. doctor
bonus qui dr̄ nobil' in portis .i. inē ſa
piētes antiq̄tus ſedētes ad reddendū
veritatis iudiciū · ideo ſubdit̄ · qn̄ ſede
rit cū ſenatorib⁹ terre .i. cū ſapiētib⁹
qui hn̄t regere terrā ⁊ iudicare · Sin
donē fecit ⁊ vendidit ei cingulū tra
didit chananeo · i hebreo habet̄ mer
catorie · p ſindonē q̄ ē veſtis linea ⁊
mūda intelligit̄ puritas mētis · p cin
gulū vero caſtitas corporis · vnde di.
Greḡ · omel' · xxij · lūbos enī precinge
m⁹ cū carnis luxuriā p ꝯtinētiā coar
tam⁹ · dr̄ aūt ſacra ſcp̄tura iſta facē
eo ꝙ ad ea inducat · fortitudo .i. ꝯſtā
tia mētis · ⁊ decor · exterioris honeſta
tis · indumentū eius ⁊ ridebit .i. ridē
faciet ſtudētes in ea fidelit̄ · in die no
uiſſimo · qn̄ audiēt vocē dn̄i dicētem
Venite bn̄dicti pr̄is mei ⁊c̄ · os ſuū
aperuit ſapiē · q2 ſacra ſcp̄tura doc3
ſapiam deſurſū deſcēdētem · ⁊ lex cle
mētie in lingua ei⁹ · q2 tā in nouo ꝙ̄
in veteri teſtamēto ſacra ſcp̄tura ad
clementiā inducat · ꝯſiderauit .i. ꝯſide
rare facit · ſemitas dom⁹ ſue .i. ꝯſcie
ſecreta ſtudentiū in ea · ⁊ q2 hic labor
eſt optim⁹ · ⁊ id̄o ſequit̄ · ⁊ panē ocio
ſa nō comedit · ſurrexerūt filij eius ·
id ē diſcipuli ſtudioſi · ⁊ beatiſſimam
p̄dicauerūt · q2 ſacram ſcp̄turā ſup
oēm aliā extollūt · vir eius ⁊ lauda
bit eā · Ly · doctor bon⁹ qui doctrinā
ſuā incipit a ꝯmēdatione ſacre ſcrip
ture · multe filie · Ly .i. philoſophoꝝ
et ſapientū ſcripture · ꝯgregauerūt
diuitias .i. multas ꝯgnitiones verita
tis · tu ſupgreſſa es vniuerſas · q2 ſa
cra ſcp̄tura multo plures veritates
tradidit ꝙ̄ alie ſcp̄ture · Et eā po
res q2 i ea nulla falſitas admiſcet̄ cū
immediate emanat a p̄ma veritate ·
Scripture vō hūanit⁹ adinuēte · ⁊ ſi

cōtineāt multas veritates · tn̄ habēt
admixtas multas falſitates ſicut p3
in ſcp̄turis · Ariſto · ⁊ alioꝝ philoſo
phoꝝ · q̄ negāt creationē mūdi ⁊c̄ ·
Fallax grā ⁊ vana ē pulchritudo · ſ ·
verboꝝ rethoricoꝝ in hūanis ſcriptu
ris ⁊ maxime poeticis in q̄b⁹ ſuborna
tis v̄bis latēt multe falſitates · muli
er timēs deū .i. ſacra ſcp̄tura que q̄ſi
vbiq3 inducat ad dei reuerētiam ⁊ ti
morē · ipſa laudabit̄ · ſc3 pre ceteris
ſcripturis · date ei de fructu manuū
ſuaꝝ .i. ſtudentib⁹ in ea dabit̄ fruct⁹
glorioſus · ⁊ laudēt eā in portis ei⁹ ·
.i. ſapiētes in portis ſedētes cū iudici
b⁹ · ⁊ iſti ſapiētes dicunt̄ opa ſacre
ſcripture in quantū p eius ſtudium
ſapiam ꝯſequūtur · Text⁹ ·

Itē de eo · feſto ſm ſcl'ares Ro. v.

Sicut p vni⁹ delictū in oēs ho
mines in ꝯdemnatōez · ſic ⁊
vni⁹ iuſticiā in oēs hoīes in
iuſtificationē vite · Sicut enī p inobe
dientiā vni⁹ hoīs pctōres ꝯſtituti ſūt
multi: ita ⁊ p vni⁹ obediētiā iuſti cō
ſtituent̄ multi · Lex aūt ſubintrauit
vt abūdaret delictū · Vbi autē abun
dauit delictū ſupabūdauit ⁊ grā vt
ſicut regnauit pctm̄ in morte ita ⁊ ḡ
tia regnet p iuſticiā in vitā eternā p
ihesū xp̄m dn̄m noſtrū Poſtilla

Sicut p vni⁹ delictū in oēs ⁊c̄ ·
Ante inicium illi⁹ ep̄le ſcribit
ſanctus paulus in eodē ca · di · Si enī
vni⁹ delicto mors regnauit p vnum ·
multomagis abūdantiā grē ⁊ dona
tionis ⁊ iuſticie accipiētes i vita ſc3
beata regnabūt per vnū ſc3 per ihe
ſum xp̄m · Tunc ſequit̄ epiſtola pre
ſens · Fratres · Sicut per vni⁹ delictū
Li · ſc3 ade · omnes homines in cōdem
nationem Cor · id eſt ſimul anime ⁊
corporis damnationē · ſic ⁊ per vni⁹
hominis iuſticiam · ſc3 xp̄i · omnes ho
mines in iuſtificationē vite · Li · ſicut

ꝑ delictū ade per ꝓpagationē ⁊ ori
giale peccatū omnes hoīes incurrūt
dampnationem ſimul anime ⁊ corpo
ris. Sic per vni⁹ hominis ſcʒ xp̄i paſſi
onem omnes ſunt liberati ab eterna
dampnatiōe. Sicut enim ꝑ inobedien
tiam vni⁹ hominis. ſcʒ ade. peccato
res cōſtituti ſūt multi. ita ꝑ vni⁹. ſ.
xp̄i. obediētiam iuſti ꝯſtituenē mlʼti
Ly. ꝙꝛ ſicut per inobediētiam ade cō
medētis lignum vetitum poſteri facti
ſūt iniuſti. ſic ꝑ obediētiam xp̄i in li
gno crucis paſſi:oēs ſunt iuſtificati
quātum ad ſufficiēciam. Sed ꝙ per
grām xp̄i non omnes iuſtificanē hoc
nō ꝓuenit ex defectu grē:ſed ex defe
ctu hoīm eam repellētium. lex autē
ſubintrauit poſt culpam vel legē na
turalem. vt abūdaret delictum. id ē
abūdanti⁹ ꝯgnoſcereē delictum. mlʼ
ta enim erāt pctā ante legem q̄ non
credebanē eſſe pctā vel nō eſſe tāta.
Ro. iij. per legē ꝯgnitio peccati. vbi
autem abūdauit delictum. per legem
. ſupabūdauit ⁊ gratia. ꝑ xp̄m pecca
torib⁹ veniam cōferēdo. vt ſicut reg
uit peccatū in mortē. Ly. i. potētiam
habuit deducēdi ad mortē eternā. ita
et grā regnat ꝑ iuſticiam in vitam
eternam. potēter nos inducēdo in vi
tā eternā. ꝑ ihesū xp̄m dn̄m noſtꝝ.
qui ē mediatoꝛ dei ⁊ hoīm.

¶ In feſto ſancti Iacobi apl̄i.

Iam nō eſtis hoſpites ⁊ aduene
Hāc epl̄am q̄re infra in cōmu
ni ſcōꝝ de apoſtolis

¶ In vincula ſancti Petri.

Miſit herodes manū vt affligerē
⁊ c̄. Hāc epl̄am q̄re an̄ in feſto
ſanctoꝝ Petri ⁊ Pauli aplʼoꝝ

¶ In feſto ſancti Laurētij martiris.
ij. Corin. ix. Text⁹.

Qvi parce ſemiat parce ⁊ me
tet. Et qui ſeminat in bene
dictionib⁹ de bn̄dictionibus
et metet. Vnuſquiſqꝫ ꝓut deſtiauit
in corde ſuo. nō ex triſticia aut ex ne
ceſſitate. Hilarē aūt datorem diligit
de⁹: potēs eſt aūt de⁹ omnem grām
abūdare facere in vobis: vt in oīb⁹
ſemꝑ oēm ſufficiētiā habētes habū
detis in omne op⁹ bonum ſicut ſcrip
tum ē. Diſperſit dedit paupib⁹ iuſti
cia eius manet in ſeculū ſeculi. Qui
autem āminiſtrat ſemen ſemināti ⁊
panem ad māducandū preſtabit ⁊
multiplicabit ſemē veſtꝝ ⁊ augebit
incremēta frugū iuſticie veſtre.

Poſtilla.

Qvi parce ſeminat parce ⁊ me
tet ⁊ c̄. Ante inicium illius epi
ſtole ſcribit ſanctus paulus dicens.
prouidem⁹ enim bona non ſolum co
ram deo: ſed eciam coram hominib⁹
Tunc ſequitur preſens epiſtola. Fra
tres. qui parce ſeminat. ſcilicet dan
do paruam elemoſinam. parce ⁊ me
tet. Lyra. id eſt minus in premio re
cipiet. ⁊ qui ſeminat i benedictioni
bus. ſcilicet largiter dando. de bene
dictionibus ⁊ metet. ſcilicet largā
retributionem in premio habebit.
. vnuſquiſqꝫ. ſupple det. prout deſti
nauit in corde ſuo id eſt ordinauit ꝓ
pria voluntate. non ex triſticia. Glo
ſa. qui enim dat vt careat tedio inē
pellantis non vt reficiat viſcera indi
gētis. ⁊ meritum ⁊ rem perdit. aut
ex neceſſitate. id eſt coact⁹: ſed ſpō
te ⁊ hilariter. hilarem enim datorē
diligit de⁹. id eſt approbat ⁊ remu
nerat. qꝛ facit actum virtuoſum. po
tens eſt autē deus oēm grām. Cor.
non ſolum hāc grām largitionis ele
moſinaꝝ ſed eciā quācunqꝫ aliā. abū
dare facē in vob̄. Ly. vt ſic nō dole
atis de facto ſed magis gaudeatis.
. vt in omnib⁹. ſcʒ tp̄alib⁹ ⁊ ſp̄ūali
bus. ſemper oēm ſufficientiā hn̄tes.
tā in volūtate interiori q̄ i facultate

exteriori · abūdetis in omne opꝰ bonū
ſcꝫ in datione elemoſinaꝝ ⁊ in alijs
bonis opibꝰ virtutū · ſicut ſcriptū eſt
in p̄s · cxi · diſperſit · Ly · nam elemo
ſina pluribꝰ eſt faciēda · dedit paupe
ribꝰ · nō hiſtrionibꝰ ⁊ alijs pſonis i
dignis · iuſticia eius · qui ſic dat ele
moſinā · manet in ſeculū ſeculi · id eſt
eternaliter: qꝛ merces iuſticie eſt co
rona etna · qui aūt adminiſtrat ⁊c̄ ·
Ly · i · deꝰ qui dat facultatē ⁊ volūta
tē dādi elemoſinā · ⁊ panem ad ⁊c̄ ·
id ē neceſſaria victꝰ · hoc enim videt̄
cōmuniter accidere ꝙ dātes elemoſi
nas magis abūdant in temporalibꝰ
ꝙ̄ elemoſinas paupibꝰ indigētibꝰ de
negātes Et ſi aliquādo ꝯtingit eos
depaupari · deꝰ hoc ordinat ad maiꝰ
bonum ipſoꝝ ſpūale · ⁊ multiplicabit
ſemen veſtꝝ Ly · id eſt volūtatem ⁊
facultatē elemoſinas faciēdi · ⁊ auge
bit incremēta frugū iuſticie veſtre ·
Ly · id eſt mercedē que ex hoc in pa
tria colligetur · Textꝰ

In feſto aſſumptionis v̓ginis Ma
rie · Eccleſiaſtici · xxiiij ·

IN omnibꝰ requiē queſiui ⁊ in heredi
tate domini morabor · Tūc p̄cepit ⁊
dixit mihi creator oīm ⁊ qui creauit
me requieuit in tabernaculo meo ⁊
dixit mihi · in iacob ihabita ⁊ in iſrl̓
hereditare ⁊ in electis meis mitte ra
dices Ab inicio ⁊ ante ſecula creata
ſum ⁊ vſqꝫ in futuꝝ ſeculū nō deſinā
et in habitatione ſancta corā ipſo mi
niſtraui · ⁊ ſic in ſion firmata ſū ⁊ in
ciuitate ſanctificata ſimilit̓ req̄eui:
et in iheruſalem poteſtas mea Et ra
dicaui in populo honorificato: ⁊ in
partes dei mei hereditas illiꝰ ⁊ i ple
nitudine ſanctoꝝ detētio mea: quaſi
cedrus exaltata ſū in libano ⁊ ꝗ̄ſi ci
preſſus in mōte ſion: ꝗ̄ſi palma exal
tata ſum in cades · ⁊ ꝗ̄ſi plantatio ro
ſe in ihericho · Quaſi oliua ſpecioſa i
campis · ⁊ ꝗ̄ſi plantatꝰ exaltata ſum
iuxta aquā in plateis · Sicut cinamo
mū ⁊ balſamū aromatizās odorē de
di: ꝗ̄ſi mirra electa dedi ſuauitatem
odoris · Poſtilla ·

IN omnibꝰ requiem ꝗ̄ſiui ⁊ in
⁊c̄ · Hodie btā v̓go celos aſcē
dens · requiē quā ꝗ̄ſiuit inuenit · Ho
die ſup oēs angeloꝝ choros fideliter
exaltata pacē ⁊ requiē ꝗ̄ſiuit · ⁊ qd̓
queſiuit inuenit ergo d̓t · in omnibꝰ
requiem ꝗ̄ſiui · acſi dicat · Inter oia
et in omni deſiderio ⁊ ope ꝗ̄ſiui req̄
em ⁊ pacem ſcꝫ tpis · pectoris · ⁊ et̄
nitatis · Et datū eſt mihi ꝙ · in here
ditate dn̄i morabor · vbi ſūma pax ē
et requies Et qꝛ mētis deſiderio hec
queſiui · Tunc · tpe a deo patre p̄fini
to · ipſe pater oīpotēs · p̄cepit · gabri
eli ⁊ ꝑ gabrielem · dixit mihi creator
oīm · ſalutationē angelicam Cuiꝰ ef
fectꝰ ſubdit̓ · ⁊ q̄ creauit me req̄euit
in tabernaculo meo · creator eīn hu
ius v̓ginis deꝰ eſt q̄ requieuit in vte
ro eiꝰ nouem menſibꝰ ⁊ ſex diebꝰ: i
quo vtero ſicut miles i tabernaculo
armaturā noſtre hūanitatis accepit
cōtra diabolū pugnaturꝰ · ⁊ dixit mi
hi · id eſt v̓bo ſpūali impſſit mihi du
plicē actiue ⁊ ꝯtēplatiue vite ꝯſerua
tionē qd̓ apparet cū d̓r · in iacob inha
bita ⁊ in iſrl̓ hereditare ⁊ in electis
meis mitte radices · acſi diceret vtri
uſqꝫ vite exemplū electis ⁊ p̄deſtina
tis meis tribuo · Exēplum eīn ꝯpat̓
radici Nā ſicut ex radice ꝓcedit v̓ga
et de v̓ga fructꝰ Sic de exēplo ꝯcipit̓
affectio · ⁊ ex affectione ꝓcedit opꝰ
· et ſic in ſion firmata ſū · id ē in vita
ſpeculatiua · ⁊ in ciuitate ſctificata ·
id ē in vita actiua · ſimilit̓ requieui
pace pectoris · ⁊ i iheruſalē ptās mea
id ē in viſiōe pacis · Notandū ꝙ hic
per ciuitatē intelligit̓ vita actiua q̄ i
cōmuni hoīm habitatōne gerit̓ · per

ſyon ⁊ iheruſalem cōtemplatiua de
monſtrat̾. ⁊ radicaui .i. radices miſi
.in populo honorificato ⁊ in ptes dei
mei hereditas illiꝰ .i. per fructum de
radicibꝰ iſtis pcedētem. erit heredi
tas illiꝰ populi. ⁊ in plenitudine ſan
ctorum detētio mea .i. mora ⁊ perſeue
rātia mea erit in plenitudine ſancto
rum. quaſi cedrus exaltata ſum in li
bano ⁊ quaſi cypreſſus in mōte ſyon
In libano qui interptat̾ candor. ſig
nificat̾ cādor virginitatis Libanꝰ eci
am ē arbor thuris de q̄ pcedit thus.
qd crematur in ſacrificijs in ſuauitatē
odoris. ⁊ talis arbor beata vgo eſt.
huiꝰ filius q̄ſi thus in igne paſſionis
crematꝰ eſt. Et in huiꝰ hoſtie flagrā
tia delectatꝰ eſt deꝰ omnipotēs. Itē
cedrus odore ſerpentes fugat. Bene
ergo cōuenit matri xpi: cuius odore no
minis ſui demones expellit. Cipreſſꝰ
eſt arbor in medēdis apta corporibꝰ
Syon interptat̾ ſpeculum. ſpeculū
hominū reddit imaginē ſuam. defor
matꝰ enim erat homo per peccatum
ſed per btām vginem q̄ fons eſt gra
tie reddit̾ imago hominis. quam ipſa
impetrat pctōri a filio ſuo iheſu xpō.
.Quaſi palma exaltata ſū in cades.
et q̄ſi plantatio roſe in ihericho. pal
ma in floribꝰ anguſta dilatādo aſcē
dit a ſuperiora. Cades interptat̾ trāſ
latio vnde btē virginis trāſlatio eſt
eius aſſumptio ſicut hodierna die ex
altata eſt ſicut palma ſicut ſalomon
dicit. Que eſt iſta q̄ pcedit ſicut au
rora cōſurgēs pulchra vt luna electa
vt ſol. Hec enim in vtero ſanctifica
ta ī natiuitate ſua claruit vt aurora
in cōceptione filij per grām cōfirma
ta claruit vt luna hodie aſſumpta in
celum clareſcet vt ſol. Ihericho inter
pretat̾ luna. ⁊ in roſa ſignat̾ martiri
um. Roſa igit̾ in luna eſt martirium
mētis in carne lucida. vnde ſymeon
ſenex dixit ad btām vginem Tuam
ipſiꝰ animam pertrāſibit gladiꝰ do
loris Paſſa eſt igit̾ btā virgo marti
rium in anima. q̄ſi oliua ſpecioſa in
campis .i. fons miſericordie illis pctō
ribꝰ qui ambulāt in campo. id ē lata
via q̄ ducit ad vitam. ⁊ q̄ſi platanꝰ
exaltata ſum iuxta aquam ī plateis
Platanꝰ latis folijs vmbram faciēs
refrigerat exteriꝰ ⁊ interiꝰ. Homo
autem eſtuat dupliciter exteriꝰ in tri
bulationibꝰ. interiꝰ in temptationi
bꝰ. vt ergo in vgine plenum oſten
datur refrigerium. dr platanꝰ iuxta
aquam in plateis. Quia cōtra eſtū
interioris temptationis ⁊ exterioris
tribulatiōis incēdium preſtat reme
dium. ſicut cynamomū ⁊ balſamum
aromatizans odorem dedi. Cynamo
mū q̄nto gracilius tanto meliꝰ ⁊ odo
ratiꝰ. ſic btā virgo gracilis ⁊ extenu
ata p abſtinētiam. Et acceptior deo
et mūdo adoratiōe fuit. ſimiliter ⁊
in balſamo deſignat̾ ⁊ opinio ſancti
tatis. q̄ſi mirra electa dedi ſuauitatē
odoris. Illa mirra eſt electa q̄ ma
nat ab arbore minime vulnerata. il
la autē eſt minime pcioſa. q̄ de arbo
ris vulnere manat. p mirram ſignifi
cat̾ amara mortificatio. q̄ ſi ex anima
peccatoris vulnerata manat minꝰ ē
precioſa. ſi autē abſq; vulnere pecca
ti deo oblata fuerit. gratior erit deo
et odore ſuauior. Textꝰ.

In feſto natiuitatis Marie virgi
nis. Eccleſiaſtici. xxiiij.

EGo q̄ſi vitis fructificaui ſua
uitatem odoris ⁊ flores mei
fructꝰ honoris ⁊ honeſtatis.
Ego mater pulcre dilectiōis ⁊ timo
ris ⁊ agnitionis ⁊ ſancte ſpei In me
gratia omnis vie ⁊ veritatis. In me
omnis ſpes vite ⁊ vtutis. Tranſite
ad me omnes qui cōcupiſcitis me ⁊
a generationibꝰ meis iplemini Spūs

em̄ meus ſup mel dulas ⁊ hereditas
mea ſup mel ⁊ fauū: memoria mea i
generatione ſeculoꝝ. Qui edūt me
adhuc eſuriēt: ⁊ q̄ bibūt me adhuc
ſitiēt Qui audit me nō ↄfundet̄ ⁊ qui
opant̄ in me non peccabūt qui elucı
dāt me vitā eternam habebūt.

## Poſtilla.

EGo q̄ſi vitis fructificaui ſuaui
tatē ⁊c. In natiuitate btē vir
ginis marie legit̄ p ep̄la lectio illa
ſumpta de eccleſiaſtico. xxiiij. q̄ pnci
paliter expomt̄ de xp̄o filio btē virgi
nis. Honor aūt filij ē honor matris
⁊ ecōuerſo honor matris ē honor filij
Vnde dt beata vgo. Ego q̄ſi vitis.
Hic ↄpat beata vgo ſe viti. Primo
ꝓpter vmbram. Nā ſicut vitis g̃tam
vmbrā facit. Sic beata vgo obūbrā
do nos ꝓtegit. Vñ ps. Sub vmbra
alaꝝ tuaꝝ ꝓtege nos Secūdo ꝓpter
florē flos ſiquidē vitis odore ſerpētes
fugat. Sic nomen btē marie vgis fu
gat demones. fructificaui ſuauitatē
odoris. q: ſicut ſine leſione vitis rorē
vite pcedit odoris ſuauitas ⁊ idem
odor lōge lateq̃ diffundit̄ ſic de vgi
ne maria ſine leſiōe pudoris pceſſit
filiꝰ cuiꝰ ptās ⁊ bonitas replet orbē
terraꝝ. ⁊ flores mei fructꝰ honoris
et honeſtatis .i. abūdantie ⁊ opulētie
. ego mater pulcre dilectiōis. hec ē
caritas q̄ dilexit dñm quā nō macu
lauit aliqd pcti cōtagium. ⁊ timoris
In timore ſignat̄ humilitas. Nam ex
hūilitate extimuit ad excellētiā ſalu
tationis āgelice. vñ angelus ad eam
Ne timeas maria. ⁊ agnitionis. In
agnitione fides intelligit̄. Nam p fidē
agnouit qd credidit. Vñ elizabeth
dixit ad eā. Beata q̄ credidiſti quo
niā pficient̄ ea q̄ dicta ſūt tibi a dño
. ⁊ ſancte ſpei in me grā ois vie ⁊ ve
ritatis. acſi dicat. In me ē ille p car
nis aſſumptionē a quo ē vita ⁊ veri
tas. In me ois ſpes vitē ⁊ veritatis
trāſite ad me oēs q̄ cōcupiſcitis me.
acſi dicat oēs q̄ deſiratis me hr̄e fau
tricē ⁊ adiutricē. trāſite ad me. i. ad
ſilitudinē ⁊ ↄformitatē meā vt ſitis
imitatores hūilitatis mee caſtitatis
⁊ pauptatis ⁊ a gn̄atiōibꝰ meis iple
mi. Hee ſūt ille gn̄atiōes de q̄bꝰ dr.
Emiſſiones tue padiſus maloꝝ puni
coꝝ ⁊c. Sequēs clauſula illius ep̄le
expomt̄ de filio vgīs marie. Spūs me
us ſcz ſpūſſcūs q̄ diter pcedit a prē ⁊
filio ⁊ q̄ hic dat̄ i via p īſpirationē g̃
tiaꝝ. ſup mel dulas ⁊ hēditas mea
ſup mel ⁊ fauū. ſcz incōpabilit̄. meō
ria mea in gn̄atiōe ſclo᷑. q: ſapiaꝝ
dei hoies ⁊ āgeli ſine fine laudabunt
. q̄ edūt me adhuc eſuriēt ⁊ q̄ bibūt
me adhuc ſitiēt. edamus em̄ dei ſapi
entiā ⁊ bibamꝰ q: i ipſa plena ē ⁊ p
fecta refectio. Siq̄dē in corpalibꝰ re
bꝰ appetitꝰ placet. expiētia diſplicet
Sz ſpūal̄ delectatio tāto plꝰ a come
dēte eſurit̄ q̄nto plꝰ ab eſuriēte ↄme
dit̄ etn̄a ei ſatietas auget deſideriū.
Ecōtrario mūdana refectio dſideriū
extinguit. ⁊ tediū facit. Vñ ⁊ de an
gel̄ dictū ē. Fruūtur nec faſtidiūt ſꝫ
magis frui ſitiūt. q̄ audit me obediē
do mādatis meis. nō ↄfundet̄ ſꝫ eter
na mercede coronabit̄. ⁊ q̄ opant̄ in
me. i. q̄ ſic opant̄ vt maneāt i me ⁊
ego i eis. nō peccabūt. Qui em̄ ma
net i deo nō peccat mortaliter. q̄ eluci
dāt me ſcz p̄dicādo vbo ⁊ exēplo vi
tam eternam habebunt. q: ſicut dici
tur Daniel̄. xij. Qui autem docti fue
rint fulgebunt quaſi ſplendor firma
menti ⁊ qui ad iuſticiā erudiunt mlt
tos quaſi ſtelle in perpetuas eterni
tates.

In exaltatōe ſcē crucis ep̄la

HOc enim ſentite in vobis qd ⁊
in xp̄o iheſu. Illam ep̄lam q̄re
ante in dominica palmaꝝ.

In feſto beati Mathei apoſtoli.
Ephe. iiij. Textus.

Nicuiqꝫ noſtꝝ data eſt ḡtia
ſm̄ menſurā donationis xp̄i
ꝓpter qd̓ dicit. Aſcendēs in
altum captiuam duxit captiuitatez:
dedit dona hominibꝰ Qd̓ autē aſcen
dit q̄d eſt niſi qꝛ deſcēdit ꝑmū in infe
riores ptes terre. Qui deſcēdit: ipſe
eſt ⁊ qui aſcendit ſup oēs celos: vt
adimplēt omnia. Et ipſe dedit quoſ
dam quidē aplos. quoſdā autem ꝓ
phetas. alios vero euangeliſtas. ali
os aūt paſtores ⁊ doctores ad ꝯſum
mationē ſcōꝝ in opꝰ miſterij in edifi
cationem corpis xp̄i. donec occurra
mꝰ oēs in vnitatem fidei ⁊ agnitio
nis filij dei in virū pfectū in menſurā
etatis plenitudinis xp̄i Poſtilla

Nicuiqꝫ noſtꝝ data eſt grā ⁊c̄
Ante inicium illiꝰ ep̄le ſcribit
ſcūs paulꝰ di. vnus dn̄s. vna fides.
vnū baptiſma. vnus deus ⁊ pat̄ oīm
qui ē ſup oēs ⁊ ꝑ oia ⁊ in oībꝰ nob̄.
Tūc ſequit̄ ſtatim pn̄s ep̄la. Vnicui
qꝫ noſtꝝ. Ly. ſcz xp̄ifideliū. data eſt
grā ſm̄ menſurā donationis xp̄i. i. ꝓ
ut voluit dare plꝰ ⁊ minꝰ ſm̄ ordina
tionē diſpoſitionis ſue. ꝓpter qd̓ dī.
ſupple ſcp̄tura in pſ. lxvij. aſcendēs
in altū captiuā duxit captiuitatez de
dit dona hoībꝰ. ſcz xp̄s in aſcēſione
ſua. captiuā duxit captiuitatem. i. pa
tres q̄ prius tenebant̄ in limbo. dedit
dona. ſcz ſp̄us ſci. hoībꝰ. in die pen
thecoſtes viſibiliter. ſcz in igneis lin
guis. qd̓ aūt aſcēdit q̄d eſt. i. q̄liter
eſt intelligēdum. niſi qꝛ ⁊ deſcēdit ꝑ
mum. ſcz in ſua morte. in iferiores p
tes terre. ſcz ad limbum patꝝ in infer
no qui dr̄ eſſe ſub t̄ra. q̄ deſcēdit ip̄e
eſt. ſcz idē in pſona. ⁊ q̄ aſcendit ſup
oēs celos vt adimplēt oia. ſcz ſcp̄ta
a ꝓphetis q̄ nō ſolum ꝓphetauerūt de
eius incarnatōe. morte. ⁊ reſurrecti
one: ſed etiā de eius aſcēſione. ⁊ ip̄e
dedit quoſdā quidē aplos Ly. ſ. xij.
ad ordinandū ⁊ regēdum eccleſiam
. quoſdā aūt ꝓphetas. ad futura p̄di
cendū. alios aūt euāgeliſtas. ſcz q̄tu
or ad ſcribendū euāgelia. alios autē
paſtores. ſcz ad curam aiaꝝ. Et do
ctores. ad informādū ſermonibꝰ po
pulū. ad ꝯſūmationē ſanctoꝝ in opi
bꝰ miſterij. i. pfectionē fideliū in mori
bus ⁊ fide. in edificationē corpis xp̄i
Ly. ſcz miſtici qd̓ eſt ep̄la in q̄ aplis
ſuccedūt ep̄i. ꝓphetis autē habētes ḡ
tiam ſcp̄turaꝝ ſanctaꝝ obſcura iter
pretādi. ſuccedūt euāgeliſte paſtori
bus. per quos intelligūtur. lxx. diſci
puli. ſuccedūt ſacerdotes curati docto
ribus ſcz oēs exercētes debitum actū
docēdi ſeu predicādi. donec. Ly. i. di
cta officia exercebūtur in eccleſia mi
litāte. occurramꝰ omnes in vnitate
fidei. id eſt qui ſumus vniti in fide ⁊
cognitione xp̄i. in virum perfectum.
id eſt occurramꝰ xp̄o venienti ad iu
dicium qui eſt vir omnino perfectꝰ
. in mēſuram etatis plenitudinis xp̄i
Omnes enim ſurgēt in etate. xxxiij.
annoꝝ que eſt etas plena perfecta.
et in qua xp̄s paſſus fuit. hec omnia
Lyra ponit. Textꝰ.

In feſto ſancti Michaelis ⁊ omni
um angelorum. Apocal. p̄.

Significauit deꝰ que oportet
fieri cito loquēs per angeluz
ſeruo ſuo iohanni qui teſti
moniuz ꝑhibuit verbo dei. ⁊ teſtimo
nium iheſu xp̄i in hijs quecūqꝫ vidit
Beatꝰ qui elegit ⁊ qui audit verba
ꝓphetie huius. ⁊ ſeruat ea que in ea
ſcripta ſūt. Tempꝰ enim ꝓpe eſt: io
hannes ſeptem eccleſijs que ſunt in
aſia. Gratia vobis ⁊ pax ab eo qui ē
et qui erat ⁊ qui venturꝰ eſt ⁊ a ſep
tem ſpiritibꝰ qui in cōſpectu throni
eius ſunt ⁊ a iheſu xp̄o qui eſt teſtis

fidel' ꝑmogenitꝰ mortuoꝝ ⁊ pnceps
regum terre qui dilexit nos . ⁊ lauit
nos a peccatis noſtris i ſanguine ſuo.

Poſtilla

Significauit deꝰ que oportet fie
ri ⁊c̃. Ante inicium illiꝰ lectio
nis ſcribit ſcā. Jo. i pncipio illiꝰ libri
di. Apocal'. ihesu xpi. quā dedit illi de
us pater palam facere ſeruis ſuis q̄
oportet fieri cito. Tūc ſtatim ſequit̄
pñs epiſtola. In diebus illis. Signifi
cauit deus que oportet fieri cito. Ex
quo hodie peragit̄ feſtum omniū an
geloꝝ tūc in illa lectione q̄ hodie in
miſſa ꝓ epiſtola legit̄. Oſtendit̄ qua
liter dominꝰ miniſterio angeloꝝ ſua
reuelat miſteria ⁊ ſecreta. Et q̄liter
ad beatū iohānem euāgeliſtam quē
xpus ſpecialiter dilexit per angelum
reuelatio peruenit. Dicit itaq; beatꝰ
iohānes. Significauit deꝰ que opor
tet fieri cito. id ē ea q̄ ſūt eccleſie fu
tura erāt ſiue ꝓſpera ſiue aduerſa.
. loquens per angelum ſuū ſeruo ſuo
iohāni. angelꝰ enim apparebat in ſi
militudine hominis loquēs iohāni. q̄
teſtimonium perhibuit verbo dei. In
principio ſui euāgelij. cum dixit. In
principio erat verbum. ⁊ teſtimoniū
ihesu xpi. i. de ihesu xpo̅ cum dixit. Et
verbum caro factum eſt ⁊ habitauit
in nob̄. quecūq; vidit. oculis corpali
bꝰ in eius cōuerſatione. miraculoꝝ
operatione. morte ⁊ reſurrectiōe. ſicut
ptz in euāgelio qd̄ ipſe iohānes ſcrip
ſit. Beatꝰ qui legit. ſibi vel alijs. ⁊
qui audit. aure mētis. verba ꝓphetie
huiꝰ ⁊ ſeruat ea. ſcz in opere. q̄ in ea
ſcripta ſūt. Non enim auditores ſed
factores iuſtificabunt̄ apud deum. tē
pus enim ꝓpe eſt. Ly. i. cito tranſiēs
q. d. labor patiētie breuis eſt ⁊ premi
um beatitudinis eternum. ido aduer
ſa nō debēt nos frāgere nec ꝓſpera
leuare. Johānes ſeptē eccleſijs q̄ ſūt
in aſia. ſibi ſpecialit̄ cōmiſſis ⁊ ab ipo̅
ſpecialit̄ dilectis. grā vobis. ſcz in p̄
ſenti vita. ⁊ pax. futura. Nā ibi quie
tabit̄ totaliter appetitꝰ humanꝰ. ab
eo. ſcilicet xpo̅. qui eſt eſſentialiter
coeternꝰ deo patri. ⁊ qui erat. ſcz cū
deo patre in creatione mundi. ⁊ qui
venturꝰ eſt. ſcz in gloria patris i die
iudicij. Et a ſeptem ſpiritibꝰ. Ly. i.
vniuerſitate angeloꝝ qui ſunt mini
ſtri noſtre ſalutis. q̄ in cōſpectu thro
ni eius ſūt. parati exequi eius volunta
tem. ⁊ a ihesu xpo̅ qui ē teſtis fidelis
paterne gl'e ⁊ maieſtatis. Primoge
nitꝰ mortuorum. id eſt primus inter
reſurgētes a mortuis. Licet enim an
te ipſum lazarꝰ ⁊ plures alij fuerunt
a morte rēſuſcitati hoc tm̄ fuit ad vitā
mortalē. qr poſt reſurrectionem ecō
uerſo mortui ſūt. Sed chriſtꝰ ſurrex
it ad vitam immortalem: quia mors
illi vltra non dominabitur. Ro. vi.
. et principes regum terre. propter
quod dixit poſt ſuam reſurrectionē
data eſt mihi modo omnis poteſtas
in celo ⁊ in terra. vt patet Mathei
vltimo. qui dilexit nos. id eſt ſola di
lectione ſua ⁊ non meritis noſtris.
. et lauit nos a peccatis noſtris. Ly.
originabilibus ⁊ actualibus. in ſan
guine ſuo. quia ſacramentum baptiſ
mi ⁊ etiam ſacramentum penitentie
quibꝰ deletur originale ⁊ etiā actu
ale peccatum efficaciam habet a paſ
ſione chriſti.

In feſto ſanctorum apoſtoloꝝ Sy
monis ⁊ Jude.

Cimꝰ quoniā diligentibꝰ deū
⁊c̃. Iſtam epl'am q̄re infra i
cōmuni ſanctoꝝ apoſtoloꝝ.

In feſto oīm ſcōꝝ. Apo. vij.

Textus.

Ecce ego iohes vidi alteꝝ an
gelū aſcēdētē ab ortu ſol' hn̄
tē ſignū dei viui ⁊ clamauit

voce magna q̄tuor angelis quibꝰ da
tum ē nocere terre ⁊ mari dicēs noli
te nocere terre ⁊ mari neq̧ arboribꝫ
quoadusq̧ ſignemꝰ ſeruos dei nr̄i in
frontibꝰ eoꝝ. Et ego iohānes audi
ui numeꝝ ſignatoꝝ centūquadragi
taq̄tuor milia ſignati. ex oī tribu fili
orum iſrl̄. Poſt hec vidi turbā mag
nam quā dinumerare nemo poterat
ex omnibꝰ gentibꝰ ⁊ tribubꝰ ⁊ popu
lis ⁊ linguis ſtātes ante thronū ⁊ in
cōſpectu agni amicti ſtolis albis. ⁊
palme in manibꝰ eoꝝ. Et clamabāt
voce magna dicētes ſalus deo nr̄o q̄
ſedet ſup thronū ⁊ agno. Et oēs an
geli ſtabāt in circuitu throni ⁊ ſeni
orū ⁊ quatuor aīaliū ⁊ ceciderūt in cō
ſpectu throni in facies ſuas ⁊ adora
uerūt deū dicētes amē. Benedictio
et claritas ⁊ ſapīa ⁊ grāꝝ actio ⁊
honor ⁊ v̓tus ⁊ fortitudo deo nr̄o

Ecce ego iohēs Poſtilla
vidi alterum angelum ⁊c. Le
ctio iſta legit̄ in feſto oīm ſanctoꝝ
pro eo ꝙ in ipſa agit̄ de numeroſita
te ſanctoꝝ. Et etiam de grāꝝ actio
ne quā ſancti reddūt dn̄o. qui ē ſan
ctus ſanctoꝝ Dicit ergo ſcūs iohēs
. Ecce ego iohānes vidi alteꝝ ange
lū. ſcꝫ iheſum xp̄m quē dicit angelū
tanq̄ a deo patre miſſum. Aſcēdentē
ab ortu ſolis .i. de ſinu patris habētē
ſignū dei viui. per qđ apparet ꝙ ipſe
ſit deꝰ verus. Hoc aūt ſignū eſt potē
tia patri eq̄lis. ⁊ immunitas peccati
. ⁊ clamauit. ſcꝫ āgelꝰ iſte. voce ma
gna .i. cū magno imperio. q̄tuor āge
lis .i. vniuerſis malignis ſpiritibꝰ. q̄
per q̄tuor mūdi ptes impedire nitū
tur ſalutem hominū. quibus datum
eſt. nocere terre ⁊ mari dicētes. No
lite nocere terre .i. illis qui terrenis
ſūt deditis. ſicut auari. id eſt illis qui
voluptatibus carnis viuūt luxurioſi
et crapuloſi. neq̧ arboribꝰ .id ē illis
qui ſe extollūt ſuper alios ſicut ſuper
bi hec enim ꝓhibitio eſt refrenatio
qua dn̄s malignos ſpūs refrenat ne
noceāt quātuꝫ cupiunt iuſtis vel pec
catoribꝰ predeſtinatis ad vitam eter
nam. quoadusq̧ ſignemꝰ. ſcꝫ ego in
terius ⁊ miniſtri mei exterius. ſer
uos dei noſtri. ſcꝫ ſigno crucis. in frō
tibus eoꝝ .i. ita eos ſignemꝰ ſigno fi
dei. ꝙ ipſa fides in cōfeſſione manife
ſte appareat Et ponit̄ ibi quoadusq̧
pro nunq̄ qꝛ nūq̄ nocebūt maligni
ſpūs electis dei. quibꝰ omnia coope
rant̄ in bonum Roma. viij. Qui ſi ca
dūt fortiores reſurgūt. vnde Ambro
ſiꝰ Certꝰ ſum ꝙ deꝰ nullum electoꝝ
ſuorum cadere permitteret. ſi eū me
liorem a caſu ſuo reſurrecturꝝ nō ſen
ſiſſet. ⁊ ego iohānes audiui. id eſt i
tellexi. numerum ſignatoꝝ centum
quadragintaquatuor milia ſignati.
ex omni tribu filioꝝ iſrl̄ .i. ex omni
bus gentibꝰ fidem iacob imitantibꝰ
Hūc autem numeꝝ per duodecim ſe
quēs ſcꝛiptura diuidit ⁊ vnicuiq̧ tri
bui aſſignat. xij. milia. Item attendē
dum ꝙ hic iudas ꝓponit̄ ruben pmo
genito ꝓpter dignitatem qꝛ de tribu
iuda natꝰ eſt xp̄s. Et hic ptermittit
dan. de quo naſcet̄ antixp̄s. Et loco
iſtius ponit̄ hic manaſſes. qui fuit
filiꝰ ioſeph quē frēs ſui vendiderūt
et ductus fuit in egiptum. ⁊ ibi ge
nuit duos filios Effraim ⁊ manaſſes
et effraim hic nō ponit̄. Quod ideo
fit qꝛ de effraim natꝰ eſt roboam qui
fecit ſciſma ⁊ diuiſionē in iſrl̄. p qđ
oſ̄dit̄ ꝙ ſciſmatici ⁊ heretici a nume
ro ſcōꝝ ſūt penitꝰ alieni. poſt hoc vi
di turbā magnā quā dinumerare ne
mo poterat ex omnibꝰ gētibus. ſcꝫ
barbaris nationibꝰ. ⁊ tribubꝰ. ſcꝫ
viniꝰ gētis. ſcꝫ filioꝝ iſrl̄. ⁊ populis.
ſingularum vrbium. ⁊ linguis. que
in vna gente quādoq̧ diuerſe ſunt.

·Et erãt ſtãtes ante thronũ·q̄ſi pa
ti obedire dõrin ↄſpectu agni·ſcz vt
cõſpicerent̄ ab agno.i.ihesu xp̄o. ami
cti ſtolis albis .i. dealbati p baptiſmũ
et patiẽtiam i hac vita pñti ⁊ palme
id ē gl'a triumphal'·in manibꝰ eoꝝ
.i. opibꝰ eoꝝ qđ ad ſtatum futuꝝ p
tinet·⁊ clamabãt voce magna·red
dentes pro ſalute ſua dño graꝝ actio
nes·dicẽtes ſalꝰ deo nr̄o·ſcz deo pr̄i·
·q̄ ſedet ſup thronũ.i.ſup ſanctos ſu
os in quibꝰ iudicat ⁊ aſſcribit̄·agno
ſcz filio dei·⁊ oẽs angeli ſtabãt·tãq̄
deo obedire pati·in circuitu throni
et ſenioꝝ ⁊ q̄tuor aialiũ.i.ep̄oꝝ ⁊ pa
triarchaꝝ iam in celo regnãtium·⁊
ceciderũt in ↄſpectu throni in facies
ſuas ⁊ adorauerũt deũ·ſcz humilian
tes ſe corã deo·dicẽtes amen·Iſtud
amẽ eſt cõfirmatio huiꝰ laudis ·Bñ
dictio.i.laus ⁊ claritas ·id ē impaſ
ſibilitas ·⁊ ſapĩa·que nouit omnia·
·et honor·id eſt reuerentia·⁊ gratia
rũactio·ꝓ collatis bñficiis·⁊ virtꝰ
id eſt potẽtia operãdi·⁊ fortitudo.i.
affectꝰ virtutis ſupne potẽtie·dño no
ſtro in ſecula ſeculoꝝ amen·

¶In feſto ſancte martini epiſcopi
epiſtola·

Ecce ſacerdos magnꝰ qui in die
bꝰ ſuis placuit ⁊c̄·Quã epiſto
lam q̄re infra in ↄmuni ſanctoꝝ·

¶Itẽ de ſancta Eliſabeth

Mulierẽ fortem q̄s iueniet ⁊c̄·
Hanc ep'laz quere ante in fe
ſto marie magdalene·

¶In feſto ſancte Katherine virgis
et martiris

Qui gloriat̄ in domino gloriet̄·
Hanc epiſtolam quere infra i
cõmuni ſanctoꝝ·

¶Incipit poſtilla de cõmuni ſancto
rum·Et primo de apoſtolis Ro·viij·

Textus·

Scimꝰ quoniã diligẽtibus
deum oĩa coopant̄ in bo
nũ hiis qui ſc̄m ꝓpoſitũ vo
cati ſũt ſancti Nam quos
preſciuit ⁊ p̄deſtinauit ↄformes fieri
imaginis filii ſui vt ſit ipſe p̄mogeni
tus in multis fribꝰ Quos aũt p̄deſti
nauit hos ⁊ vocauit ⁊ quos vocauit
hos ⁊ iuſtificauit·Quos autẽ iuſtifi
cauit illos ⁊ magnificauit·Quid er
go dicemꝰ ad hec ſi deꝰ pro nobis q̄s
contra nos qui etiam ꝓprio filio nõ
pepercit·ſed ꝓ nobis omnibus tradi
dit illum·Quõ nõ etiam·cũ illo oĩa
nobis donauit·q̄s accuſabit aduer
ſus electos ·deꝰ qui iuſtificat·quis ē
qui cõdemnet xp̄s ihesus qui mortu
us eſt immo qui ⁊ reſurrexit qui eſt
ad dexteram dei qui etiã interpellat
pro nobis ·quis ergo nos ſepabit a
caritate xp̄i·Tribulatio an anguſtia
an fames ·an nuditas · an periculũ·
an perſecutio·an gladius · Sicut ſcri
ptum eſt· quia propter te mortifica
mur tota die eſtĩati ſumꝰ ſicut oues
occiſionis ·Sed in hiis omnibus ſupe
ramus propter eum qui dilexit nos
Certus ſum enim quia neq; mors ne
q; vita neq; angeli neq; principatꝰ
neq; virtutes neq; inſtantia neq; fu
tura neq; fortitudo neq; altitudo ne
q; profundum neq; creatura alia po
terit nos ſeparare a caritate dei que
eſt in chriſtio ihesu domino noſtro·

Poſtilla·

Scimꝰ quoniam diligentibꝰ
deum ⁊c̄· Ante inicium illiꝰ
epiſtole ſcribit ſanctus pau
lus in eodem capitulo dicens·Non
ſunt cõdigne paſſiones huiꝰ tempo
ris ad futurã gl'am q̄ reuelabit̄ i no
bis·Tũc ſequitur preſens epiſtola·
Frẽs·Scimꝰ quoniam diligentibꝰ de
um·Cor.i. caritatem dei ⁊ proximi
habentes ·omnia coopant̄ in bonũ·